UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

## Fickler, Johann Baptist

## Dilingæ, 1575

## VD16 F 976

De scriptis hæreticorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63414

Visual Library

niam hæretici neq; Dei cogitant timorem, neque interminatas talibus pœnas ex legum ſeueritate conſiderantes, diaboli opus implent, & quoſdam ſimplicium ſeducentes ſanctę fidei Catholicę & Apoſtolicę Eccleſię adulteras collectas, & adultera baptiſmata latenter faciunt: pietatis exiſtimauimus, per præſens noſtrum edictum monere, eos qui tales ſunt, quatenus & ipſi recedant ab hæretica veſania, & nec aliorum animas per ſimplicitatem perdant, ſed magis cõcurrant ad ſanctam Dei Eccleſiam: in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreſes cum principibus ſuis anathematizantur. Noſſe enim volumus omnes, quia ſi de cætero aliqui inueniantur, aut contrarias collectas facientes, aut apud ſemetipſos collectionem, nequaquã omnino eos ferimus, ſed domos, vbi aliquid delinquitur, ſanctę aſsignamus Eccleſię: his autem qui colligũt aut apud ſe colliguntur, ex conſtitutionibus pœnas inferri omnibus modis iubemus.

Hæreticos nihil timoris Dei habere, opusque diaboli implere.

Dehortatio ab hæreſi.

Hæretici ne colligãt inter ſe contributiones.

# DE SCRIPTIS
## HÆRETICORVM.

THEODOS. ET VALENTIN. IMP.
in l. 3. C. de ſum. trin. & fid. Cath. &c.

CVncta ſcripta, quę Deum ad iracundiam prouocant, vel animas violant, ne in hominum quidem aures venire volumus. Quoniam aũt peruenit ad noſtras pias aures, quoſdam

Iſti⁹ legis meminit etiã Euagrius Scholaſt. & Nicephor. lib. 14. cap. 20. 16. Eccleſ. hiſt.

dam eſſe qui doctrinas quaſdam conſcripſerint, & emiſerint ambiguas, nec exactè ac per omnia cõgruentes, expoſitę in Nicęna ſynodo fidei ab his qui in eam & Epheſiná Synodum conuenerunt ſanctis Patribus, & à Cyrillo piæ memorię, qui magnę Alexandrinorũ Eccleſiæ fuerat Epiſcopus, iubemus omnia iſtiuſmodi ſcripta, ſiue antehac ſiue nũc facta fuerint, potiſsimum autem ea quę Neſtorij ſunt, incendi, ac perfectiſsimo interitui mancipare, ita vt in nullius lectioné veniant: iis ſane, qui talia ſcripta, vel eiuſmodi libros habere & legere ſuſtinuerint, vltimum ſupplicium ſubituris.

Hæreticorum ſcripta Deum ad iram prouocant, animasq́; violant.

Hæreticorum ſcripta q habent, & legũt vltimo ſupplicio affici debere.

IVSTINIAN. IMP. IN EDICT. AD pop. Conſtantinop &c.

IN Eccleſia à ſanctis Patribus plurima inquiſitio facta eſt in libros hæreticorum, impietate plenos impietate: hoc auté tunc faciebant Catholicę Eccleſię doctores, ne ſimpliciores legentes impia ſcripta à recta fide declinarent.

Sancti Patres cur in libros hæreticos diligentẽ inquiſitionem habuerint.

THEODOS. ET VALENTIN. IMP. in l. damnato. Cod. de hæretic. & Manich. &c.

IMpios libros nefandorum & ſacrilegorum hęreticorum aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam, decretaque ſanctiſsimorum tus Antiſtitum ſcriptos habere, aut legere, aut deſcribere nemo audeat: quos diligenti ſtudio requiri, ac publicè comburi decernimus, ita vt nemo in religionis diſputatione aliquam hæretici nominis faciat mentionem.

Hæreticos libros comburi debere.

VALEN-

VALENTIN. ET MARTIAN. IMP. IN
l. quicunq;. § nulli etiam. C. eod. tit.

NVlli contra venerabiles Patrum Synodos liceat aliquid vel dictare, vel ſcribere, vel edere, vel emittere, aut aliorum dicta vel ſcripta ſuper eadem re proferre. Nemo huiuſmodi habere libros, & ſacrilega ſcriptorũ audeat monumenta ſeruare. Quòd ſi qui in his criminibus fuerint depræhenſi, perpetua deportatione damnentur. Omnes verò huiuſmodi chartę ac libri, qui funeſtum hęreſeon complexi fuerint dogma incendio concrementur, vt facinoroſę peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant: ęquum namque eſt, vt immaniſsima ſacrilegia par pœnę magnitudo percellat.

Hereticorum ſcripta pœna deportationis prohibentur.

Comburátur.

IVSTINIAN. IN L. XV. C.
de hæretic. &c.

QVi hęreticorum libros habet, neq; in propatulum profert, vt concrementur, punitur.

Etiam clàm ſeruans libros hæreticos punitur.

IDEM IVST. IN AVTH. DE DEPOSIT.
Anthimi & Seueri &c. §. Et ſicut non licet. coll. 10.

SCripta hęreticorum non maneant penes aliquem Chriſtianum, ſed ſint profana & aliena ab Eccleſia Catholica igneque comburantur à poſsidentibus, neque ab vllo ſcribantur, ſcituris omnibus, quia amputatio manus his, qui ſcripta hęreticorum ſcripſerint, pœna erit: neq; enim volumus etiam in futuro tempore ex illis blaſphemiam protrahi.

Hæreticorum librorũ ſcriptio manus amputatione prohibetur.

### IDEM IVSTINIAN. IN CONST. X. apud Iulian. Patricium, &c.

Heretica ſcripta habens, eaq́; nō comburens, ſeueriſsimè punitur.

SI quis hęreticos libros habeat, eosq́; igni non tradat, ſeueriſsimas pœnas, nam & manus inciſionem ſubſiſtere debent, qui libros eiuſcemodi ſcribere auſi fuerint.

### SEQVITVR NOVELLA IVSTINIANI. Quomodò Iudæi (hæreticorum fratres) ſacram debeant legere ſcripturam.

### IVSTINIAN. IMP. IN CONST. Nouella, de Hebræ. & quom. oport. eos ſcriptur. legere. Conſt. 146. coll. 10.

Ariobindo glorioſiſſ. Prætorior. præfecto.

In ſcriptura ſacra non ſolū externa, ſed in eis reconditus ſenſus eſt ſpectandus.

Judæorum cōtrouerſia.

Vtrum Iudeis ſacra ſcriptura in lingua Hebraica vel Græca ſit legenda.

ÆQuum ſanè erat, vt Hebręi, cùm ſacris libris aures prębent, non leuiter et rebus ſolummodò geſtis delectarentur, ſed reconditos in ipſis ſenſus ſpectarent, per quos magnum illi Deum & ſeruatorem humani generis leſum Chriſtum annunciāt. Verumenimuerò quamuis dùm commentis inter ipſos interpretationibus ſe committunt, in hunc vſq; diem à recta ſententia aberrarunt: quia tñ didicimus habere ipſos inter ſe controuerſiam, non ſuſtinuimus eum tumultum relinquere ipſis incompoſitum. Siquidem per interpellationes quę ad nos referuntur, didicimus, quòd ex ipſis quidam ſola lingua tenētur Hebraica, eaq́; vtendum eſſe in ſacrorum librorum lectione volunt: quidam etiā Gręcam aſſumendā contendunt, & longo iam tempore ea de re ſeditiones inter ſe agitant. Nos igitur de hac cōtrouerſia edocti, meliores eſſe iudicauimus eos, qui gręcā etiam linguam in ſacro-

ſacrorum librorum lectione voluerunt aſſu-
mere, &( vno verbo) omnem denique liguam,
uam locus accomodatiorem, & magis fami-
arem reddat auditoribus. Sancimus igitur, vt
n quibus omninò locis Hebræi ſunt. Hebræis
ui volunt, licentia ſit in eorum ſynagogis
Græca etiam lingua, itemque patria hac fortè
empe Italica, aut quacunque alia pro loci ra-
tione mutata lingua, ſacros libros intelligen-
tibus legere, quo magis per ipſorum lectionem
intelligentibus tota dictorum ſeries ordine
manifeſta ſit, ſecundumque ea & vitam & ſtu-
dia ſua inſtituant: neque facultas ſit ipſorum
interpretibus, qui ſolam Hebraicam aſſumunt
linguam, vt ſuo arbitratu malicioſe hanc tra-
ctent, vulgi ignorantia ſuam tegentes impro-
bitatem. Enimuerò qui Græca lingua legunt,
utentur interpretatione ſeptuaginta, quæ om-
nibus exactior eſt, & præter cæteras multa con-
tinet occulta: præſertim verò propter id quod
in interpretando accidit. Nam cùm ſemper
bini ſeorreſim cōcluſi eſſent, et diuerſis locis in
terpretantur: vnam tamen omnes compoſi-
tionem ediderunt. Ad hæc quis non illud in
is viris admiretur, quod cùm longo tempore
ſalutarem apparitionem magni Dei & ſerua-
toris noſtri Ieſu Chriſti præceſſerint: tamen
iam futuram, quaſi præſentibus cernentibus
oculis, prophetica quodammodò gratia ipſos
circumfulgente, ſacrorum illi librorum in-
terpretationem accommodarunt? Atque hac

Vnam linguā per aliam interprætandā eſſe.

Scripturam malicioſe tractandi, nō captari debere auiam ex vulgi ignorantia.

Interpretationem ſeptuaginta virorum perfectiorem eſſe.

Interprætationis 70. virorum cōcordia mira.

Septuaginta interpretes aduentum Chriſti vaticinatos eſſe.

quidem omnes præcipue vtentur. Ne tam
in eam opinionem veniant, quaſi cæteras in-
terpretationes excluſerimus, damus illis li-

Aquila interpres ſacrę ſcripturæ.

tiam, vt etiam interpretatione Aquilæ v-
tur: tametſi ille diuerſæ nationis fuerit, &
nonnullis dictionibus non mediocrem
ſeptuaginta habeat differentiam. Quæ v

Secundaria traditio Iudæis prohibita.

deuteroſis, quaſi ſecundaria traditio ab
dicitur, in vniuerſum interdicimus, vt
ſacris libris comprænſa non ſit, neque
per tradita per prophetas, ſed excerpta
dam virorum contineat, qui terrena
loquantur, neque quicquam in ſe diuini

Vt ſyncerè ſcripturam tractent.

beant numinis. Sed & ipſas vtique ſacras
ces legant, cùm ſacros libros euoluunt
celantes ea quæ inibi prolata ſunt,
cus aſſumant nuſquam ſcriptas vocum
nitàtes, ab ipſis ad perditionem ſimplici
excogitatas. Vndè hac à nobis prębita lice
neq; aliquibus omninò ſuadentur diſpen

Archiphere-citæ, vel Rabini.

ſiqui Græcam & alias linguas aſſumunt,
item ab ullo prohibebuntur: neque qui Ar
phereticæ, aut ſeniores interim, aut
Magiſtri apud eos appellantur, licentiam
bebunt, vt vafris quibuſdam commentis
anathematiſmis id prohibeant: niſi velint
poralibus caſtigati pœnis, atque inſuper
ſpoliati, vel inuiti conſentire nobis,
præſtantiora, & Deo magis accepta veli

Iudæorum blaſphemiæ.

iubiamuſque. Certè ſi quis impias & ſacrile
vocum inanitates introducere attentauerit

el mortuorum reſurrectionem, vel iudicium
xtremum negare, aut affirmare quod figmen-
um & creatura Dei per angelos ſubſiſtat: hi
volumus vt etiam omnibus locis expellantur:
neque tam maledicam vocem emittant, qui
in vniuerſum ipſa etiam cognitione Dei exci-
derunt. Eos enim, qui huius generis aliquid
proloqui pertentauerint: omnium accerbiſsi-
mis ſupplicijs ſubijcimus, introducto per hos
errore gentē Hebræorum depurgantes. In vo-
tis autem habemus, vt per hanc & illam lin-
guam ſacris libris prębentes aures, & inter pre-
tum peruerſitatem obſeruent: neque ſolis at-
tendant literis, ſed res etiam ipſas deguſtent,
& ſacratiores omninò ſenſus percipiant: quo
magis & quod præſtantius eſt, addinſcant, &
aliquando decipi, atquæ ab eo, quod omnium
præſtantiſsimum eſt, nempè in Deum fiducia,
aberrare deſinant. Propterea enim omnem
ipſis linguam ad ſacrorum liberorum lectio-
nem aperuimus, vt ſi omnes ordine eorum
ſcientiam amplectantur, ad meliora perdiſ-
cenda reddantur aptiores, cum in confeſſo ſit,
multo paratiorem ad meliora diſcernenda &
capeſſenda eſſe eum qui ſacrorum librorum
lectione innutritus, non longe à correctione,
& vt ad bonam frugem perducatur, diſsidet:
quàm qui nihil horam intelligit, ſed ex ſolo
religionis nomine dependet, eique tanquàm
ſacræ adhæret anchoræ, & ſcientiam Dei in
ſola ſectæ appellatione verſari. Quæ igitur no-

bis

Iudæorum plaſphæmorum pœna.

Scriptura quomodo interpretanda.

Fiducia in Deum res omnium præſtātiſsima.

Plus proficere eum qui ſacræ ſcripturæ vera ſciētia, quàm externo alicuiꝰ ſectę ritu nititur.

bis placuerunt, & per hanc ſacram declara-
tur legem, ea obſeruabit tàm gloria tua, quàm
cohors tibi obtemperans. Obſeruabit autem
qui pro tempore in faſtigium magiſtratus
collocabitur: neque committet, vt Hebræi con-
tra hæc faciant, ſed & eos qui obſtiterint &
omninò prohibere attentauerint, corpori-
bus primùm pœnis ſubditos, ademptis etiam
bonis compellet incolere exilium, ne quando
inſolentius ſe & temerario auſu contra Deum
pariter, & maieſtatem imperatoriam efferant.
Vtetur autem & Iuſsionibus ad prouinciarum
præſides, adiungens ipſis legem noſtram vt
ipſi de hoc edocti per ſingulas vrbes hanc pro-
ponant: ſcituris quid neceſſariò hæc obſeruan-
da ſint, noſtram indignationem metuentibus.

### AD EA QVAE DE SCRIPTIS HAERE-
ticorum dicta ſunt, admonitio, in qua etiam com-
prehenditur Edictum Imperatoris Caroli V. de tollendis Hæreticorum ſcriptis.

*QVandoquidem librorum ſcriptorumque ab hæreticis editorum lectio non ſolum homines ſimpliciores corrumpere: verumetiā doctos eruditosque viros ſæpè in varios, errores & à veritate fidei Catholicæ alienas opiniões inducere ſoleat, rectè ac neceſſariò huic malo proſpiciendū eſſe cēſuit ſacrū Tridentinū conciliū, ſuperioribus annis legitimè celebratum, ſi in indicem ſeu Cathologū omnes conſcriberentur libri, qui vel hæretici, vel de hæretica prauitate ſuſpecti eſſent, iſq; index Chriſtianis ob oculos poneretur, vt manifeſtè viderent, quorum ſcriptorum lectio*

Index prohibitorum librorum confectus in Concilio Tridentino.

*cuiquam*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

iquam, ob inſitum virus, ceu anguem in herba
tentem, fugienda foret. Ideoque eodem tempore ne-
gocium datum eſt multis cùm doctrina tùm iudicio
clariſsimis patribus, qui ex tanta Epiſcoporum, alio-
rumque doctiſsimorum virorum corona, omnibus fe-
re nationibus selecti ſunt ad eum conficiendũ, quem
etiam magno labore plurimiſque vigilijs; opitulante
Deo, perfecerunt; adhibitis in conſilium lectiſsimis
viris Theologis; qui & ſummi Pontificis authori-
tate approbatus eſt. Tantum illi ſanctiſsimi Patres
adhibuerunt ſtudium atque diligentiam, vt vulgus
hominum & alij denique omnes qui peruerſa doctri-
na ſeducti, ab illis omnium malorum irritamentis,
& ſiniſtris hæreticorum ſcriptis parari videmus, quan-
tum eius fieri poſſet, eximerentur: cenſentes id quod
eſt, reipublicæ Chriſtianæ, ſi ea quæ noxia ſunt diſ-
cerentur, idem incommodi accedere, ac ſi peſsima
quæque docerentur. Quæ cauſa iam olim Chriſtia-
niſsimos Imperatores commouit, quod vtrumque,
& malam doctrinam eiuſque ſtudium è medio tolli
iuberent: cum par facinus ſit tàm probibita diſcere,
quam docere, iux. l. culpa. C. de malef. & mathemat.
& glo. in l. omnes. C. de hæret. & Manich. Si enim
apud Ethnicos quoque viro publico, Vlpiano teſte, in-
terdictum fuit, ne libri improbatæ lectionis in iudi-
cium familiæ herciſcundæ, hoc eſt, in diuiſionem hæ-
reditariam venirent. l. cæteræ. ff. famil. herciſc. &
glo. in l. bona. C. eod. tit: Quanto minus Lutherano-
rum, vt vocant, cæterorumque hæreticorum abo-
minanda ſcripta in Eccleſia Dei, ne ſaluifica Catho-
licæ fidei doctrina corrumpatur, & peſtilentiſsimæ

Libri improbatæ lectionis apud Ethnecos prohibiti.

ſectæ

*ſectæ plantentur, ferenda ſunt. Imò ſanctius & lau-*
*dabilius primorum Chriſtianorum celebre fa[illegible]*
Act. cap. 19. *imitabimur: quorum multi ( vt S. Lucas Euan-*
*liſta nobis ſcriptum reliquit ) qui fuerant curio-*
*ſi, contulerunt libros, & publicitus coram om-*
*bus combuſſerunt. Quorum etiam exemplo doct[illegible]*
*mi ſuperioris Chriſtianitatis Imperatores corru-*
*pta, quibus animi hominum à tramite verita[illegible]*
*deuia errorum atque hæreſum declinarentur, [illegible]*
*ante Vulcano tolli, & eos qui talia occultare[illegible]*
*uerent, vel diſcendi cauſa legerent, ſeueriſſim[illegible]*
*nis affici, diſtrictis legibus ( vt mox videbimus ) [illegible]*
*ceperunt. Quos etiam noſtra ætate D. Carolus [illegible]*
*nominis quintus, hæreticorum importunitat[illegible]*
*optima ſecutus eſt affectione, idque teſtatur lauda-*
*bile edictum, quod ſtatim ferè ab initio Imperi[illegible]*
*contra Chriſtianæ religionis nouatores in Germa[illegible]*
*promulgauit. Cuius edicti, quæ hoc negocium [illegible]*
*ciunt, lectori proponere placuit verba. Manda[illegible]*
Edictum Caroli V. de tollendis hæreticorum ſcriptis publicatũ VVormatiæ die 8. Maij, Añô 1521. *inſuper, inquit Imperator, vobis omnibus & ſingulis*
*præfatis, ſub eiſdem prænominatis pœnis, [illegible]*
*Martini Lutheri ſcripta, à ſummo Pontifice [illegible]*
*tate ſua Apoſtolica ( vt præmittitur ) damnata, [illegible]*
*alia quæcunque, tam Latino quam Alemanico [illegible]*
*alio quouis idiomate, ab eo hactenus compoſita [illegible]*
*in poſterum componenda, vtpotè mala, ſuſpecta [illegible]*
Lutherus à Carolo Imp. notorius & peruicaciſsimus hereticus appellatur. *à notorio & pernicaciſſimo hæretico prouenien[illegible]*
*emere, vendere, tenere, legere, deſcribere, impri[illegible]*
*aut deſcribi vel imprimi facere: aſſerere, ſuſti[illegible]*
*prædicare, defendere præſumat. Non obſtante, [illegible]*
Idem apud *in illis etiam aliqua bona ( ad fallendas ſimplicium*
*[illegible]*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(…entes) immixta eſſent: in quo præter iuſtam ſedis Apoſtolicæ ſententiam, etiam laudatiſſimam veterum Patrum inſtitutionem & conſuetudinem omnino exequendam duximus. Qui Arrianorum, Priſcillianiſtarum, Neſtorianorum, Eutychianorum, & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia, tàm bona quàm mala promiſcué exuſſerunt & adnihilarunt, Neque id immerito: Nam ſi optimi quique cibi, vnius tantum guttæ veneni, quo humanum corpus læderetur, infuſione ſuſpecti, penitus ſunt abijciendi: quanto magis ea ſcripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena paſſim inſerta ſunt, non ſolum nobis cauenda ſunt, ſed etiam ne alijs noceant, prorſus deſtruenda & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt obliteranda. Accedit ad id, quòd quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea à ſanctis Patribus, quos Eccleſia recepit & approbauit, ſæpè dictum, & ſæpius repetitum, abſque vllius periculi aut mali ſuſpicione, legi & haberi poteſt. Ea propter ſub iiſdem pœnis omnibus & ſingulis ſupradictis, vos omnes & quilibet veſtrum, tàm Principes, quàm alij, ad quos iuſtitiam quomodo libet pertinet miniſtrare, & alij quicunque in vniuerſo Imperio, Regnis & Dominijs noſtris conſtituti, huiuſmodi peſtiferos Martini libros, tam Alemanicos quã Latinos, impreſſos & imprimendos, aut etiam manu ſcriptos, vbicunque reperiantur (vt potè magnæ ſeditionis, ſchiſmatis, hæreſeos, in Eccleſia Dei fomites) corripiendos, & publico igni conſumendos, penituſque abolendos cum effectu curetis, Apoſtolicisq; Nuncijs, & eorum commiſſarijs, ſi operam veſtram ad hanc

Iuſtinian. in edict. ad pop. Conſtantinop. &c. §. ſolent n. hæretici.

A ſimili. Quemadmodum venenum corpori, ſic hereſis animæ mortem infert.

Lutheri ſcripta ſeditionis, ſchiſmatis, & hæreſeis fomites.

rem

*rem requiſierint, fideliter & diligenter aſſiſtatis. Et nihilominus in eorum abſentia per vos ipſos hæc fieri, noſtro nomine & iuſſu omninò & reipſa... tis. In quo omnibus fidelibus dilectis ſubditis noſ... vt vobis ac nobiſmetipſis aſſiſtant & pareant... re præſentium ſub eiſdem pœnis iniungimus & ... damus. Verùm quia maximè cauendum eſt, ne ... tini libri, aut ex illis excerpta mala, ſuppreſſ... etiam mutato authoris nomine, publicentur. ... etiam non ſine magna animi noſtri offenſa, ... quotidie videmus, cum alibi, tum maximè in Ger... mania, componi & imprimi libros, pluribus ma... traditionibus & exemplis refertos: & ne non ... actu & dolo humanæ naturæ hoſtis Chriſtian... queos tendat multos, paſſim diuulgari picturas ... imagines, non in opprobrium modo priuatarum ... narum, ſed & ipſius ſummi Pontificis & ſedis A... ſtolicæ contumeliam excogitatas. Ex quibus ... libris & picturis Chriſtifideles in maximam ... fide, quàm in vita & moribus, prolabuntur ... & non ſolũ priuata odia, ſcandala & ſimultates ... ut experientia docet) multis in locis exorta ſu... verumetiam ſeditiones, tumultus, rebelliones, ... mata in regnis, prouincijs, & populis atque ... ſa Dei Eccleſia (niſi prouideatur) iam ex... da formitantur. Idcircò ad hanc pernicioſiſſimam ... ſtem extinguendam, & ſupradictorum Electorum ... ſtatum concordi animo & ſententia, omnibus & ... gulis ſupradictis, tàm imperiali quam hæredi... iure nobis ſubditis, ſub iam ſæpedictis omnibus ... præcipimus & mandamus, nec quis huiuſmodi ...*

Picturas infames atq; vt libellos eſſe vetitos.

-moſos, & peſtilentes libros, ſeu quaſcunque alias ſchedas, ſcripturas, imagines, picturas contra orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod ſancta Romana Eccleſia hactenus obſeruauit: atque etiam inuectiuas criminatiões & ignominias cõtra ſummũ Pontificem ſedem Apoſtolicam, Prælatos, Principes, vniuerſitates ſtudiorum, & eorum facultates honeſtasq́ perſonas cõponere, ſcribere, inprimere, depingere, vendere, emere, tenere, habere, aut imprimi, deſcribi, depingi, vel vendi facere, quauis arte aut dolo audeat, aut attentet. Quinimò ſub eiſdem pœnis iubemus omnibus & ſingulis ſupradictis, & præſertim illis, qui iuſtitiæ miniſterio præſunt, vt eiusmodi libros quoſcunque antehac imprimendos, nec non etiam manuſcriptos, cuiuſcunque ſint authoris, aut vbicunq́ locorum per ſacrum Imperium, atque etiam noſtro hæreditaria regna & dominia inueniantur. Similiter etiam picturas huiuſmodi & imagines, noſtro iuſſu & nomine occupent, diripiant, & publico igni comburant. Et nihilominus huiuſmodi deteſtabilium librorũ, codicum, ſchædarum, ſcripturarum, & picturarum authores, & inuentores, ac etiam poſt præſentis mandati publicationem, impreſſores, emptores & venditores, qui contra iuſſa noſtra facere præſumpſerint (ſi modo id legitimè conſtiterit) nec non eorũ iura & bona omnia & ſingula capiant, appræhendant & detineant, ac iure bono quicquid ſibi libitum fuerit de illis diſponent, ita quòd de hoc nulli hominum tàm in iudicio quàm extra reſpondere ſint obligati.

Contra bibliopolas hæreticorum librorum.

Atque vt omnis eiuſcemodi errorum occaſio tollatur, & ne talia ſcribentium venena longè lateq́ diffundan-

*fundantur, ſed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantũ & laudabiles vſus exerceatur, certa noſtra ſcientia animoq; deliberato, ac imperiali regiaq; authoritate de maturo ſupradictorum Electorum et aliorum ſacri Romani Imperij ſtatuum conſilio, deliberatione, & vnanimi conſenſu volumus, & ſub poena banni & interdicti imperialis, ac alijs interdictis poenis præcipimus & iubemus, tenore præſentis Edicti, quod vim inuiolabilis legis habere decernimus, ne quis de cætero Calcographus & librorũ impreſſor, aut alius quiuis vbilibet per ſacrum imperium atq; noſtra prædicta regna & dominia conſtitutus, libros vllos, vel aliam quamcunq; ſcripturam, in quibus de ſacris literis aut fide Catholica aliquid vel minimũ tractatur, non habito prius conſenſu & voluntate ordinarij loci, aut eius ad hoc ſubſtituti & deputati, cũ authoritate etiam facultatis Theologicæ alicuius propinquæ vniuerſitatis, pro prima videlicet impreſſione. Aliarum cuiuſcunq; rei et facultatis libros, ſchædas et picturas de conſenſu ſaltẽ Ordinarij, aut eius ad hoc ſubſtituti, vllo pacto imprimere, vel vendere aut imprimi vel vendi facere, directè vel indirectè quoquo modo præſumat aut attentet. Quòd ſi quis cuiuſcunq; dignitatis gradus aut conditionis hanc noſtram mentem, edictum, ſtatutum, legem & ordinationem in omnibus et ſingulis ſupradictis, tàm Lutheranam quàm iuriſ... ſoriam materiam concernentibus, inuiolabiliter obſeruandam vllo pacto, aut quouis quæſito colore vel ingenio contra facere aut venire, auſu temerario præſumpſerit: præterquam quod illud irritum decernimus & inane, etiam in læſæ maieſtatis crimen, & noſtram*

Libros examinari debere antequàm excudantur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſtram & ſacri imperij grauiſſimam indignationẽ, roſcriptioniſq; & Banni ac interdicti imperialis, nec on alias ſæpedictas pœnas, ſeipſo facto incurriſſe cognoſcat, &c. Verùm qua fide tum huius optimi Imperatoris, tum antiquorum leges hac in parte hactenus fuerint obſeruatæ, id teſtatur horrenda illa confuſio quæ interim ex tanta magiſtratuum negligentia in Germania paſſim ingruit, vt quot capita, tot penè religiones pugnantes atq; ſectæ, & quot ſectæ, tot perniciosiſſimorũ & pariter leuiſſimorum hominum inſana, & inter ſe miris modis digladiantia ſcripta reperiantur, atq; adeò etiamnum indies ex hæreſeon preconum atris ergaſterijs prodeant, ac ſubinde quemadmodum varia inſecta ex terræ putredine, enaſcantur, & coaceruentur, vt omnes propè auarorum librariorũ bibliothecas repleant. Taceo nunc quòd etiam ſcripta Patrũ cæterorumq; Catholicorum authorũ peruerſo calamo inſidiantur, eaq; corrumpunt & adulterantur. Quemadmodũ inſignem illum Sacramentariũ (vt ex alijs vnius ſaltẽ proferam ſcelus æterno igne expiandũ) feciſſe fama eſt. Dum enim Theophilactũ, Iouio Epiſcopo & hiſtorico teſte maligna preuaricatione, quædã omittendo, traducit, & Chriſtiẽæ hoſtiæ Sacramentum repudiat. Roffenſe Britanno ſeuera manu iugulante redargutus cecidit: Iſthoc falſi crimine etiã olim hæreticos Chriſtiãitati impoſuiſſe multoſq; Apollinaris libellos per inſcriptiones ſancto Atanhaſio & Gregorio Nazianzẽo, atribuiſſe & hac fraude maximè ad impietatem ſuam multos pertraxiſſe ſcribit Nicephorus. Sic ſuppoſititios partus edere ſolent hæretici & hominibus mendacium ſub prætextu veritatis obtrudere;*

Religionis confuſio ex licentioſa hereticorum librotum lecti one orta.

Ioan. Oeclãpad. Sacramentarius & Catholicorũ ſcriptorum corruptor.

Iouius in elog. doctor. viror.

Roffenſis Epiſcopus aduerſus. Oecolampadium ſcripſit 5. libros de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia.

Niceph. lib. 16. cap. 28. Eccles. hiſt.

truđere : ſicq́, ſacroſanctum Euangelium in alienū ſenſum trahere, ſacramq́ ſcripturam dilacerare ſolẽt. Sic Lutherus ipſe ( quod viri pij adnotarunt, ex libris in lucem editis demonſtrarunt ) ſacra Biblia in locis penè duobus millib⁹ corrupit in ſua translatiõe Germanica, quẽ dolũ diabolicum ipſe quoq; Caluinus, Sacramentariorum Pater olfecit pridem. Id autem falſariorum ſtudium proprium eſſe, Iuſtinianus ait, vt ad imitationem veri ſemetipſos maximè exerceant; cum nihil aliud ſit falſitas quã veritatis imitatio, inquit. Auth. De inſtrum. caut. & fid. &c. coll 6. Cum atque conſtet, in cauſis ciuilibus, vbi falſi crimen acciderit, à Conſtantino Imperatore acerrimam indagationem, & capitis tandem ſupplicium conſtitutum eſſe. l. vbi falſi. C. ad leg. Corn, de falſ. & ne frau atq́ dolus cuiquam patrocinetur, contra c. ſedes ext. ex. de reſcript. & l. rerũ §. tẽpus, ff. pro ſocio. Iuſtinianus cenſet Imperator, propter doloſam mentem & excogitatam machinationem impoſtores puniri debere. Lu ſemus. C. de litigios. Maiori ergò pœna digni ſunt hæretici, qui non humana ſolũ, ſed diuina quoq; imò ipſius animæ periculum exiſtit peruertere atq; corrumpere audent: tantoque grauius plecti debent, quanto grauius eſt diuinam quàm humanam offendere maieſtatem. auth. Gazaros. C. de hæret. & Manich.

Lutherus falſarius & corruptor Bibliorum.

Falſariorum ſtudium.

Falſi pœna.

## DE CONCILIABVLIS SEV CONVENTICVLIS HÆRETICORVM.

ARCADIVS, ET HONORIVS IN L. Conuenticula, C. de Epiſcop. & cleric. &c.

Con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COnuenticula illicita etiam extra Eccleſiã in priuatis ædibus celebrari prohibemus, proſcriptionis domus periculo imminente, ſi dominus eius in ea clericos noua ac tumultuoſa conuenticula extra Eccleſiam celebrantes ſuſceperit.

*Pœna celebrantium cõuenticula.*

LEO ET ANTHEMIVS IMPP. IN L. 29. C. de Epiſc. & Cler. &c. Quæ lex aliàs in lib. prætermiſſ. C. inuenitur.

CAueant monachi (quibus neceſsitate poſtulante exire licet) ne conciliabulis præſint, vel turba cõcitata, ſimpliciorum animos ſeducant ſcituri, quòd ſi noſtræ pietatis ſtatuta neglexerint, legum auſteritati ſubijcientur.

*Monachi ne conuenticula faciant.*

ARCAD. ET HONOR. IMPP. IN L. CVNcti hæretici C. de hæret. & Manich. &c.

INterdicatur hæreticis omnibus nocte vel die profanis coire conuentibus: ſtatuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium præfecti Vrbis, vel Præſidale, quinquaginta, ſiquid huiuſmodi fieri vel in publico, vel in priuatis ædibus concedatur.

*Pœna.*

THEODOSIVS ET VALENTINIAN. IMP. in l. Ariani. §. cunctos quoque C. de hæret. & Manich. &c.

HÆretici conuenticula ſua audacter Eccleſias nuncupare conantut.

*Hæreticorum impudens audacia.*

IIDEM IMPP. CIRCA FIN. eiuſdem l.

CVnctis quoque legibus, quæ contra hæreticos, cæteroſque, qui noſtræ fidei refragantur, olim, diuerſiſque temporibus latæ ſunt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hereticis quę legibus prohibeantur.

ſemper viridi obſeruantia valituris &c. ita ut nec in publicum conuenire locum, nec ædificare ſibi quaſi Eccleſias, nec ad circumſcriptionem legum quicquam meditari valeant: omni ciuili & militari, curiarum etiam & defenſorum, & iudicum ſub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. &c.

IDEM IMPP. IN L. DAMNATO. C. eod. tit.

Ne quis locum præbeat ad conuenticula.

NEmo in religionis diſputatione hæreticis vel habendi concilij gratia in ædibus, aut ſuburbano ſuo, aut quolibet alio loco conuenticulum, clam aut apertè præbeat. Quos omnes cętus celebrandi licentia priuari ſtatuimus ſcientibus vniuerſis, violatorem huius legis publicatione bonorum eſſe coercendum.

VALENTINIAN. ET MARTIAN. IMPP. A.A. in l. quicunque. C. eod. tit.

Conuenticulis omnia loca denegantur.

HÆretici paraſynaxes & conuenticula tam diurna, quam nocturna non contrahant, neque ad domum, vel poſſeſsiones cuiuſquam, neque ad monaſterium, vel quemcunque alterum locum operaturi, ſectę funeſtiſsimę congregentur. Quod ſi fecerint, & hoc factum ſciente domino volente conſtiterit: poſt rem in examine iudicis approbatam, domum vel poſſeſsionem eius in qua conuenerint, vel monaſterium, eius ciuitatis orthodoxæ Eccleſiæ, in cuius territorio eſt, iubemus addici: ſi verò ignorante Domino, ſciente verò eo, qui penſiones domus exigit, vel actore vel conductore prędij

Pæna eorum qui domus locant ad cōuenticula.

para

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

paraſynaxes, & conuenticula interdicta collegerint: conductor, vel procurator ſiue actor, vel quincunque eos in domum, vel poſſeſsionem, vel monaſterium receperint, ac paſsi fuerint illicitas paraſynaxeis conuentuſque celebrari: ſi vilis & abiectæ ſint conditionis, fuſtibus publicè & in pœnam ſuam, & in aliorum coerceantur exemplum. Si honeſtæ verò ſint perſonę, decem libras auri multæ nomine fiſco noſtro cogantur inferre. Nulli inſuper cuiuſcunq; nominis hæretici publicè vel priuatim conuocandi cætus, vel circulos contrahendi, & de errore hæretico diſputandi, ac peruerſitatem facinoroſi dogmatis adferendi, tribuatur facultas. Eos itaq; qui diſcendi ſtudio adierint, de infauſta hæreſi diſputantes, decem librarum auri, quæ fiſco noſtro inferendæ ſunt iubemus ſubire diſpendium.

MARTIAN. IMP. IN L. DENVNCIAMVS. C. de his qui ad Eccles. cunfug. &c.

NEmo conuenticula collecta multitudine, in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcunq; loci colligere ac celebrare conetur. Conuenticula ne habeantur.

IVSTINIAN. IMP. IN EDICTO DE FIDE ad Conſtantinopolitanos, quod eſt in editione Haloandrina, ſub numero 132. conſtitutionis.

HÆretici, dum neq; Dei timorem mente cōcipiunt, neq; per legum ſeueritatem interminatas iſtiuſmodi hominibus pœnas reputant in animo, & nonnullis è ſimplicioribus decipiunt, præter morem ſancte Dei Catholicę Hæretici neq; Deum neque legem timēt.

& Apoſtolicę Eccleſię, conuenticula, atq; baptiſmata, clam concelebrant: pium arbitrati ſumus per præſens noſtrum Edictum tales adhortari, vt & ipſi ab heretica deſciſceãt inſania, neque aliorum animas per fraudem deducant in interitum: ſed potius ad ſanctam Dei accurrant Eccleſiam, in qua nihil antiquius habetur rectis dogmatibus; & omnes hæreſes cum earum ducibus percelluntur, anathemate. Quin vniuerſos volumus cognoſcere, quod ſi de cætero inueniantur aliqui, qui improbo more ita conuenticula agitauerint, aut ad ea conuenerint amplius eos non tolerabimus: ... tam domus, in quibus tale aliquid peccatum perpetratũ fuerit, ſanctæ addicemus Eccleſiæ ... ijs, qui ita peruerſo more conuenticula egerint, quique ad eos conuenerint, conſiſtentium pœnas omnibus inferri modis iubemus.

Eccleſia Catholica nihil antiquius habet recta doctrina.

Conuenticula non toleranda.

# SEQVVNTVR EPISTOLAE NONNVLLOrum Imperatorum de Hæreticis.

## VICTOR CONSTANTINVS MAX. Aug. Alexandro & Ario.

Imperator hortatur Alexandrũ & Arium vt ad Eccleſiæ Cath. vnitatẽ, patrũque conſenſionẽ redeant.

GEminam mihi fuiſſe occaſionem eorum, quorum negocium ipſo opere executus ſum, ipſum, vt par eſt, conatuum meorum adiutorem & ſeruatorem Deum omnium teſtem conſtituo. Primum quidem, vt omnium gentium voluntatem ad vnam

alliſe,

ſuetudinis conciliationem coadunarem. Alterum, vt communis orbis corpus à graui quodam malo, ſicuti cupiebam, liberarem. Vtrumque ſpectans, alterum arcano mentis oculo cõtendebam, alterum verò poteſtate bellicæ manus perficere conabar: ſciens hoc, ſi communem omnibus de ſeruis pro meo voto conſenſionem conſtituerem, publicarum rerum negotia vnà cum piis omnium mentibus concordem relatura mutationem. Cum enim vniuerſam Africam intolerabili quadam veſania propter eas corripuiſſet, qui populorum religionem inconſulta leuitate in varias hæreſes ſcindere non dubitarunt. Cum ego morbam reprimere iubens, nullam aliam parem huic negotio medelam reperiebam, quàm vt communi orbis hoſte reiecto, qui ſacris noſtris Synodis infandam ſuam ſententiam opponebat, quoſdam veſtrum ad hoc mitterem, vt eorum opera diſsidenter inter ſe ad concordiam redigerétur. Quoniam enim lucis virtus & ſacræ religionis lex, beneficio Dei, quaſi è ſinu Oriétis profecta, cuncta ſimul orbem ſacro iubare illuſtrauit, non abs re vos, quos tanquam duces quoſdam ſalutis gentium futuros credebam, pariter & animi nutu, & oculorum energia quęrere tentabam. Volebam enim hoc primum vnà cum magna illa victoria, ac vero hoſtium triumpho exquirere, quod mihi & primum, & omnium precioſiſsimum exiſtere iudicabam. Sed ô præſtantiſsimam ac diuinam

prouidētiam, quam letalis rumor aures me
imò magis cor ipſum tetigit, multò interius
grauius, quàm iſthic ortum eſſe diſsidium ſi-
gnificans? ita vt iam partes veſtræ maiore
ra opus habeát, vnde aliis remedium futurum
ſperabam. Reputanti mihi horum cùm ini-
tium tùm cauſam, viſus eſt mihi leuis admo-
dum, & haud quaquam tanta contentione di-
gnus prætextus. Quapropter ad Epiſtolæ hu-
ius neceſsitatem adactus, & ad concordem
ſtram induſtriam ſcribens, diuinamque pro-
uidentiam adiutricem ad hanc cauſam ad-
cans, medium me ipſe in hanc cōcertationem
veſtram, quaſi pacis diſpenſatorem non
meritò ingero. Cùm enim Deo optimo
etiam ſi maior quædam eſſet diſsidendi cau-
haud difficilè fuerit ſanctis audientium a-
mis ſermoné hunc proponendo, vnumquod-
que ad vtiliora cōuertere, quomodo iam
modica & admodum vilis ſit cauſa, quæ
negotio obſtat, non procliuiorem ac m-
ciliorem mihi cauſę huius emendationem
ciliaret.

Niceph. li. 8. cap. 13.

*Hoc principium Epiſtolæ Conſtantini ex Euſeb.
deſumptum eſt, ſed cum eius libri pars à Muſculo
terpretata ſit, aliudq; exemplar mihi tùm ad manum
non fuerit, malui reliqua ex Nicephori interpreta-
tanquam fideliori (cui enim Catholico hæretici
verſio ſuſpecta non eſſet?) & explicatiori hu
ferre: is enim relicto Epiſtolæ principio, ſtatim
tio ipſo incipit, alioquin Epiſtolam integram*

*t appoſuiſſem authore. Quæ verba ſuperioribus hærentia, per totum reliquæ Epiſtolæ ſic ſonant.*

Quæſtionis præſentis exordium à vobis iſtinc extitiſſe intelligo. Cum enim tu Alexander à presbyteris requireres, quid quiſq; eorum ſentiret, de quodam loco ſcripturæ, ſeu potius de cuiuſdam partis inani quæſtione interrogares: & tu Ari, quod vel prorſus in animum non admiſſum, vel certè admiſſum ſilentio mandatum oportuit, improuide reſpondendo exponeres, excitata inter vos diſſenſione, conuentus quidem ſolennis quibuſdam denegatus, ſanctiſsimus autem populus in partes ſciſſus, communis corporis apta & conſentiente vnione excidit. Itaq; vterq; veſtrum ex æquo ſententiam animumque animaduertens, ad quod vos conſeruus & collega veſter legitimè ac iuſtè cohortatus fuerit, id ſuſcipiat. Quid verò hoc ipſum eſt? Neq; interrogare de eiuſmodi rebus à principio, neq; interrogatũ reſpondere æquũ erat. EIVSMODI ENIM QVAESTIONES, QVAS NON ALIQVA LEGIS ET RELIGIONIS NOSTRAE NECESSITAS INIVNGIT, SED INANES INVTILIS OTII NVGAE PROFERVNT, ETIAMSI NATVRALIS ALICVIVS EXERCITATIONIS GRATIA PROPONANTVR, TAMEN INTRA ABDITA MENTIS NOSTRAE CONTINERE, NEQVE VEL FACILE IN PVBLICOS CONVENTVS PRODVCERE,

Dolet Eccleſiaſticã vnionem diuiſam eſſe.

Quæſtiones de religione nõ neceſſarias non facilè proferẽdas eſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

„CERE, VEL INCAVTE OMNIVM
„AVRIBVS CREDERE DEBEMVS.
Quotus enim quiſque eſt, qui res ita magnas
& difficiles admodum aut certò perſpi-
aut ritè exponere queat? Quod ſi quis id
facere procliue eſſe ducat, cui parti ple-
perſuadebit? Aut quis tandem erit, qui con-
tra tales tantarum rerum argutias & ſubti-
tes ſine periculoſo lapſu conſiſtet? Quam-
rem inhibenda eſt talibus diſputatio lon-
ne quo modo, ſi vel naturæ noſtræ imbe-
tas, quod propoſitum ſit exponere non va-
vel diſcétium auditorum hebetius inge-
id quod exquiſitè dictum ſit, aſſequi non
ſit, in alterius iſtorum, blaſphemiæ ſcilicet
ſchiſmatis, atque diſsidij neceſsitatem p-
lus incidat. Itaq; & interrogatio incauta
ſponſio improuida æquam ſibi inuicem
que veniam concedant. Neq; enim de p-
puo aliquo legis noſtræ præcepto occa-
concertandi ſumpſiſtis, neq; nouum a-
à vobis de cultu Dei inſtitutum eſt indu-
ſed vnam eandemque habetis propoſi-
tionem, ſicuti communionis etiam teſ-

Exhortatio ad concordiã.

Et cùm de rebus inimicis inter vos con-
ſe decertetis, minimè omniũ decet per-
ſionem vos tantam populi Dei multitu-
pro arbitrio veſtro ducere. Quod neque
rum, neque prorſus fas eſſe creditur. Sed
vt prudentiam veſtram paruo exemplo
monefaciam, non ignoratis ſanè philoſo-

...am ipſis de vno omnibus conuenire dogma-
..., & perſæpè eoſdem de parte aliqua ſenten-
...rum aut breuium dictorum diſſentire, atq; Ab exemplo.
...tamſi ſcientiæ virtute diſcordēt, corporis ta-
...en vnione inter ſe conſpirant. Quod ſi hoc
...habet, quomodo non multo iuſtius fuerit,
vos qui magni Dei miniſtri in tantæ religionis
...ſtituto collocati eſtis, vnanimes inter vos eſ-
... Verùm age, deliberatione maiore conſide-
...emus & cogitatione prolixiore, quod dictum
..., animaduertamus, an rectè propter paucas
... vanas verborum inter vos rixas, fratres fra-
...ibus aduerſentur, & ſolennes conuentus im-
...ia diſſenſione per vos ſegregātur, qui de par-
...s admodum et minimè neceſſariis rebus mu-
...a contentione decertatis. Vulgaria hæc ſunt,
& puerilibus mentibus magis conuenientia,
quàm ſactorum & prudentium virorum ſa-
...pientiæ congruentia. Decedamus noſtra ſpō-
...e à diabolicis tētationibus. Magnus ipſe Deus
& Saluator omnium noſtrûm, commune om-
...ibus protulit lumen: per cuius prouidentiam
...ceptum hoc mihi illius longè potentioris fa-
...mulo ad finem debitum perducere permittite,
...t per vos illius populus, mea admonitione,
...miniſterio & cohortationis contentione, ad
...conuentus cōmunionem reducam. Eſt enim
quemadmodum dixi, vna quædam in vobis
...des, vna inſtituti veſtri ſententia, & legis ip-
...us præceptum omnibus ſuis partibus in vnū
...nimæ propoſitum et voluntatem omnia con-
cludi:

cludit. Hoc ipſum quod vobis inter vos con-tentionem peperit, quandoquidem non ad- tius legis vim refertur, nequaquam apud ſeditionem aliquam & ſeceſsionem facia- que hoc dico, nõ vt omnino neceſsitatem vo- bis iſtam, valdè puerilem atque incautam qualemcunque tandem quæſtionem ſop imponam. Poteſt enim à vobis ſyncerè nitas conuentus retineri, & communio nium ſeruari, quamuis maximè in parte piam inter vos aliqua ſit de re minima diſſen- ſio. Siquidem non omnibus nobis in quibuſuis eadem voluntas eſt, neq; vna nos natura, aut ſententia obtinet. Itaq; de pro- uidentia diuina vna in vobis ſit fides, vna tentia, vnus de Deo conſenſus. Ea verò minimis iſtis quæſtionibus inter vos exqui- inquiritis, tametſi ad eandem ſententiam deducantur, conuenit intra cogitationem tinere, atque in animi penetralibus cõſer- Itaque facite, vt ineffabile illud & præcip commune amicitiæ & charitatis Sacram tum & veritatis fides, Deiq; cultus, & reli- nis atq; legis noſtræ honor & reuerentia ſtans & firma apud vos permaneant. Redi mutuam charitatem & gratiam, reddite ua- uerſo populo ſuos amplexus, & vos ipſi animas veſtras expiantes, rurſus alter alterum agnoſcite. Iucundior namque perſæpè poſt- poſitas inimicitias, reconciliatione inter- niente fit amicitia. Reddite mihi quoq; ſe-

Propter min⁹ momẽti quæſtiones Eccleſiaſticam cõcordiam non eſſe diſcindẽdam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

s dies,& noctes ſecuras,vt mihi ſuauitas ali-
a puræ lucis, & tranquilla vitæ lætitia dein-
ps ſeruetur. Quod ſi non fit, illa neceſsitas
ihi incumbit, vt ſuſpiriis & lachrymis totus
tenuer, & neq; vitæ huius tempus placidè
ſtineam. Si enim tot Dei populi, hoc eſt, cō-
ui mei, tàm iniqua & detrimentoſa inter ſe
certatione diſsideant: quomodo fieri po-
t, vt ipſe deinceps animo conſiſtam? Cæte-
ùm vt ſummum meum hac de re mœrorem
mplius intelligatis, illud ſic habere. Nuper
deò cùm Nicomediç eſſem, derepentè, neſcio
uo vrgente, in Orientem cogitaui, & prope-
antem me ad vos, cùm maiore iam ex parte
vobiſcum eſſem, nuncius huius rei perculit, &
conſilium cœptumq; meum diſturbauit, meq;
retrocedere coëgit, vt ne oculis conſpicere co-
gerer, quæ auribus quoq; intoleranda eſſe iu-
dicaui. Aperite mihi deinceps per concordiam
veſtram Orientale iter, quod mutuis veſtris
contentionibus clauſiſtis. Date mihi hoc, vt
celeriter vos omneſq; alios populos lætus vi-
dere, & pro communi omnium concordia &
libertate orationibus auſpicatiſsimis fauſtiſsi-
miſque verbis debitam gratiam DEO agere
poſsim.

*Bono Principi omnis vita in iucunda ſine Eccleſiæ trãquillitate.*

VICTOR CONSTANTIN. MAX.
Aug. Hæreticis.

AGnoſcite nunc per hanc legis conſtitutio-
nem, ô Nouatiani, Valentiniani, Marcio-
niſtæ, Pauliani & qui Cataphrygæ vocamini,
& quot-

*Inuehitur in hæreticos, quibus oratoria & cōuenticula interdicit.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& quotquot in vniuerſum hæreſes veſtri...
tibus conſtituitis, quantis ſit mendaciis ...
tas veſtra intricata, & quomodo vene...
quibuſdam pharmacis doctrina veſtra co...
neatur, ita vt per vos ſani ad infirmitatem ...
uentes verò ad perpetuam mortem abdu...
tur. O veritatis inimici, vitæ hoſtes, & pe...
tionis conſiliarij. Omnia ſunt apud nos ve...
tati contraria, ac turpibus malitiæ ſtudiis...
abſurdis admodum fabulis conſona, per...
vos mendacia ſtruitis, & inſontes prem...
lucem fidelibus negatis, ſub prætextu di...
tatis ſemper delinquentes, omnia polluitis ...
noxias ac puras conſcientias lætiferis pl...
vulneratis, ac ipſam propediem, vt ita di...
humanis oculis abripitis. Et quid neceſſ...
ſingula recenſere, cùm de malis veſtris ...
quid pro dignitate loqui neq; modici ſ...
poris, neque negotiorum noſtrorum. S...
nim abſurditates veſtræ ita prolixæ & im...
dicæ, ita, ſi explicentur, omnis generis ſ...
te refertæ, vt ne integer quidem dies ad ...
rationem earum ſuffecerit. Et alioqui ...
tum etiam huiuſmodi declinare & ocul...
uertere conuenit, vt ne ſi cuncta ſingulatim ...
cenſeantur, ſyncerum ac purum fidei no...
propoſitum polluatur. Quid igitur? Tole...
mus ne poſthac huiuſmodi mala? At longa ...
pectatio facit, vt etiam ſani, quaſi peſti...
quodam morbo inficiantur? Qua ergo ra...
ne radices, vt ita dicam, huiuſmodi nequ...

publ...

Hæretici ſanos reddunt infirmos, viuas mortuos.

Hæreticorum virtutes recēſentur.

nequitiæ publica animaduerſione non amputamus? Igitur quoniam impoſsibe eſt, vt amplius perniciei verſtræ exitium feratur, per hanc legem interdicimus, ne qui veſtrum poſthac congregari audeant. Quapropter cunctas etiam domos, in quibus conuenitis, è medio tolli præcipimus, cura hac noſtra eiuſq; progrediente, vt non modo non in publico, verum neque in priuatis ædibus aut locis quibuſdam ſeparatis ſuperſtitioſæ veſtræ dementiæ cætus concurrere liceat: ſed quod multo eſt honeſtius, quotquot veræ ac puræ religioni ſtudetis, ad catholicam Eccleſiam accedatis, & ſanctitati illius communicetis, per quam & veritatem conſequi poteritis. Separetur autem omninò à ſtatus noſtri felicitate peruerſæ ſententiæ veſtræ ſeductio, hoc eſt, ſceleſta & pernicioſa hæreticorum & ſchiſmaticorum ſententia. Decet enim felicitatem noſtram, qua cum Deo fruimur, vt qui bonis ſpebus viuunt, ab omnis generis inordinato errore ad rectam viam, à caligine ad lucem, à vanitate ad veritatem, à morte ad ſalutem ducantur. Vt autem ad hanc curam etiam neceſſaria potentia accedat, præcepimus, ſicut dictum eſt, vt cuncti ſuperſtitionis veſtri conuentus, omnium inquam, hæreticorum oratoria, ſi tamẽ oratoria nominare conuenit, ſine omni contradictione auferantur, & catholicæ eccleſiæ abſq; vlla mora tradantur, & reliqua loca rebuſpub. adiudicentur, nec vlla prorſus vobis deinceps conueniendi facul-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tas relinquatur, ita vt ab hoc præſenti die nu-
lo loco, ſiue publico, ſiue priuato infandi veſt
conuentus congregari præſumantur.

*Hucusq; Conſtantini edictum, cui Euſebius hi-
ſtoriæ ſuæ contextu hæc quæ ſequuntur, adiungit.*

Ad hunc modum ſpeluncæ eorum, qui alie-
nam doctrinam ſequebátur, imperatorio man-
dato deſtructæ, ac beſtiæ vna cum impietatis
ducibus pulſæ ſunt. Illorum veró, qui ab his
ſeducti fuerant, alij mente adulterina, mi
imperatorijs perterrefacti, Eccleſiá ingredi-
bantur, tempori illi per diſsimulationem ſ
uientes, quoniam libros etiam virorum i
lorum lex imperatoris perſcrutari iuſſerat, a
deprǽhendebantur qui infanda maleficia ex-
ercebant, quapropter cuncta per diſsimula-
nem faciebant, quo exitium effugerent. A
autem continuo veraci animo ad ſpem m
rem confugiebant. Horum verò diſcri-
nationem eccleſiarum præſides accurate
entes, alios diu pelle ouilla tectos, fictè a
re conantes inuenerunt: alios verò m
animo id facientes, tempore probarunt, &
poſt ſufficientem experientiam multitu
initiatorum accenſerunt. Proindè æquu
quæ contra Arrium & ſectatores eius, om-
bus paſsim Epiſcopis & populis ſcripſit, ag
ſcere.

EIVSDEM CONSTANTINI IMP. ad-
uerſus Arrium ſectæq; eius populares, eorun-
demq; libros Conſtitutio.

Con

CVm malignos & impios Arius ſibi imitandos duxerit, par eſt, vt eandem cum illis fecat ignominiam. Quemadmodum igitur Porphyrius diuinæ pietatis hoſtis, iniquis de religione compoſitis libris condignam reperit mercedem, per quam omnium futuris ſeculis probris obnoxius erit, plurimaq; obruetur infamia, atque inſuper impia eius abolita ſunt ſcripta: ita vt nunc placitum nobis eſt, Arium & Arij ſuffragatores, Porphyrianos quidem nominari, vt quorū imitati ſunt mores, eorum quoque obtineant appellationes. Si quod autem ſcriptum ab Ario compoſitū reperiatur, vt igni id tradatur volumus, vt non modò improba eius doctrina abrogetur, verumetiam nec monumentum quide aliquod eius relinquatur. Illud equidem prędictum volo, ſi quis libellum aliquem ab Ario conſcriptum celare, nec continuò igni comburere deprehenſus fuerit, ſupplicium ei mortis eſſe cōſtitutum. Illico namque in crimine tali comprehenſus pœnam ſuſtinebit capitalem.

*Plures etiam alias aduerſus eoſdem ad loca omnia miſit Epiſtolas, verbis per ironiam ad ſimulationem compoſitis, eis illudens. Nicomedienſibus itidem contra Euſebium & Theognidem ſcripſit: Euſebium perſtringens, veluti Licinio aliquando fauentē, ſibiq; inſidiantem atq; aliū Epiſcopū legere iubens, quod & factum eſt. Eas Epiſtolas hoc loco apponere, ne longior videar, minus conuenire putaui.*

VICTOR CONSTANTIVS MAX. AVguſtus, ſanctæ Eccleſiæ Antiochenæ.

Niceph. li. 8. cap. 25.

Ariani & Porphyriani.

Socrat. lib. 1. hiſt. Eccl.

*Purgat ſe à ſuſpitione hæreticæ cõſuetudinis.*

EVdoxius non à nobis ad vos miſſus ve
ne quis hoc putet. Longè alia nobis m
eſt, quàm vt eiuſmodi hominibus faueam
Quod ſi cùm alia tùm hoc ſic aſtutè mentiu
rur, ſatis manifeſti ſunt, erga Deum eos a

*Hæretici ambitioſi & vagabundi.*

gantes & verſutos eſſe. A quibus enim r
illi ſe libenter abſtineant? qui potentiam
cupantes, vrbes ingreſsi, ex vna in aliam t
ſiliunt, & perindè atque coloni quidam ſ
ſubinde mutantes, angulos omnes rerum a
pliorum cupiditate curioſe perſcrutantur,
culatores meri & fraudatores, quos ne no
nare quidem fas ſit. Officinæ prauæ & i
prorſus, factionem eos eſſe, vos quoque in
gitis. Et ſatis ex verbis ſuis authorem ip
ſectatoresq; hæreſis huius cognoſcitis. Q

*Hæreticorũ ſtudium.*

rum hoc vnum eſt ſtudium, vt populum
prauent. At verſuti iſti & ad omnem au
am prompti, temerè iam apud quoſdam
gare non dubitarunt, nos electione, qua
ipſis ſubornarunt, lætari. Quæ quidem
eis dicuntur, qui talia in vulgus efferre co
uerunt, prorſus vero facta non ſunt. Atq
mihi in animum reuocate doctrinam i
primam, cùm de fidei ſententia delibera
inquiſiuimus, in qua ſaluator noſter & f
Dei, & ſubſtantia patri æqualis declaratus

*Hæreticorũ proteruia.*

Verùm boni iſti viri, qui facilè quæcu
eis in mentem venere, de Deo dicunt, eò p
ceſſere impietatis, vt etiã alia quædam, q
res ferat, arbitrentur, alioſq; eo docere con
d

dant. Atque ea in capita ipſorum redundatu-
ra eſſe, valdè perſuaſum habemus. Sed nunc
ſatis erunt à ſynodis eos & conuentibus arce-
re. Nam ferè eò productus ſcribendo fueram,
vt in præſentia dicerem, quæ illi breui paſſuri
ſunt, niſi à rabie iſta diſceſſerint. Iſti verò (quid
n. non inferant mali?) improbiſsimos quoſq;
perinde atque mandatum haberent, aggregã-
tes, hos inquam hæreſium ante ſignanos in
clerici album referunt, ordinem uenerandum
tam turpiter dehoneſtantes, non aliter atque
eis conceſſum ſit agere & ferre omnia. Enim-
uerò quis mortalium omnium iſtos proferat?
qui vrbes quidem impietate implent, exilium
autem piaculis tegunt? Vnum illud ſtudio ha-
bentes, vt omnibus bonis perpetuò ſint infe-
ſti. Faceſſat importuna factio, & ſanctis inſide-
re thronis deſinat. Nunc tempus eſt, vt verita-
tis alumni in lucem prodeant, quique medij
tales hominum mores fugientes, dudum me-
tu ſeſe continuêre. Iſtorum namque ſapien-
ter inſtituta conſilia in medium producta iam
apparent. Sed nihil non quod aggreſſus fuerit
perficiet, qui hoſce ab impietate eximet. BO-
NORVM VIRORVM FVERIT MAIO-
RVM FIDE VIVERE, eamq; vnam, vt di-
ctum eſt, aſſerere, neq; vlterius quicquã anxiè
nimis & curioſe inueſtigare. Quin & illos ad-
monuerim, vt aliquando tandem ex barathro
perrumpentes, animis mutatis ad ſententiam
iſtam accedant, quam diua præditi ſapien-

Ordo eccle-
ſiaſticus de
honeſtatur
admiſsione
hæreticorm
perſonarum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tia de Deo ritè atque ordine Epiſcopi ſu-
re.

MARTIANI IMP. EDICTVM AD Conſtantinopolitanos, de confirmatione geſtorum Chalcedonen. ſynodi, &damnatione hæreticorum.

VEnerabilem catholicę orthodoxorum dei ſanctitatem manifeſtam, & indubitatam vniuerſis conſtituere cupiens noſtra ſerenitas, vt maior erga diuinitatis obſequia hominibus religio traderetur, tantam atque talem ſynodum ex omnibus penè prouincijs adunatis Epiſcopis in Chalcedonenſi ciuitate colligi iuſsit, atq; ibi plurimis diebus tractatu habito, quod verum & infucatum Christianæ fidei eſſet, inuenit. Votis enim & orationibus plurimis exorauere diuinitaté, quatenus integra & plena eos veritas non lateret, secundum quod ſunt ſtatuta venerabilium Patrum, ea vidi- cet, quæ apud Nicæam trecentorum decem & octo ſanctorum Epiſcoporum ſunt ſermone definita, ſimiliter & quæ centum quinquaginta in hac ampliſsima coadunati vrbe conſtituerunt, atque ea quæ apud Epheſum prius ſtatuta ſunt, cũ beatiſsimæ recordationis Cæleſtinus Romanæ vrbis, & Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopi inuenere veritatem. Quo tempore etiam Neſtorianus error expulſus eſt, cuius authore damnato: Quibus iuſte et venerabiliter apud Chalcedonam inquiſitis Eutyches, qui plura affirmabat illicita, cũ ſua aſſertiõe deiectus eſt, ne decipiendorũ vitam

Concilium Chalcedonenſe.

Cõcil. Epheſinum.

Neſtorianus error expulſus.

Eutychianus error deiectus.

ſi hominũ pręberetur facultas. Ordinatis itaq; religioſè & fideliter, quæ venerandam orthodoxorũ fidem fundaſſe noſcuntur, ita & nulla in poſterum dubitatio, vel illis qui calumniari diuinitatẽ aſſolent, relinqueretur: ſacro noſtræ ſerenitatis edicto venerandã ſynodum confirmantes, admonuimus vniuerſos, vt de religione diſputare deſinerent: quoniã vnus & alter tanta ſecreta inuenire non poſſet, maximè cũ ſummo labore et ampliſsimis orationibus, tot venerabiles ſacerdotes, niſi Deo (vt credendũ eſt) authore, ad indaginem veritatis nõ potuerint peruenire. Verùm ſicut manifeſta ratione cognouimus, non deſinunt quidam in eadem peruerſitatis inſania permanere, & publicè de religione contendere populis coadunatis, & myſteria diuina Iudæorum, Pagnarumq; ſub obtutibus publicare & prophanare, quæ rectiꝰ colẽda ſunt quã inquirenda. Oportuerat itaq; in eadem pertinatia conſiſtentes ſtatuta dudũ animaduerſione cõpeſci, vt pœna corrigeret, quos reuerentia iuſsionum emendare nõ potuit. Verùm in hoc ſecuti conſuetudinem noſtram, noſcentes præ omnibus, quod diuinitas pietate lætetur, pęnam nocentium credidimus differendam, iterata hac ſancientes noſtræ clementiæ iuſsione, in futurũ à prohibitis omnes abſtineãt, nec cõuenticula alligãt ſuper religione certantes: quia in huiuſmodi peruerſitate & vanitate detecti, et ſtatutas dudũ ſuſcipiẽt pœnas, et iudiciario motu, ꝓut religioſis tẽporib.

In l. nemo clericis: C. de ſum. trin. & fide cath.

Contra diſputantes de religione.

conuenit, punientur. Oportet.n. Chalcedonenſem ſynodum ſequi, in qua omnibus diligenter quæſitis, ea definita ſunt, quæ pridem à prædicti cœtus apoſtolicam fidem ſecuti, omnibus obſeruanda tradiderunt ciuibus Conſtantinopolitanis. Dat. XIII.. Id. Martij, Conſtantinopoli, Sporatio viro clariſs. & qui fuerit nunciatus, Coſs.

INTERPRETATIO LEGIS THEOdoſij iunioris, quam pro Eutychæ, ſeductus à Chryſaphio promulgauit. Quæ nunc ideò ponitur, vt quia beatæ memoriæ Principis Martiani lex hanc ſubſecuta deſtruxit, etiam tali collatione noſcatur, quid amplectendum quidque euitandum ſit.

DE HAERETICIS NESTORIANIS & fide Catholica.

Neſtorij hæreſis.

OLim quidem prius Neſtorius, qui fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus, noua & peſtifera (præter illa quæ tradita ſunt, tentans inducere) dogmatum Chriſtianorum puræ & orthodoxæ fidei contraria, à ſancta ſynodo eiectus, quæ Epheſi ex vniuerſo orbe principali ſanctione conuenit. Quæ ſancta ſynodus pariter confirmauit etiam catholicam fidem ab Epiſcopis, qui Niceæ congregati ſunt, traditam. Et nos confirmantes quæ ſalubriter definita ſunt ab eodem ſancto concilio, quod Epheſi congregatum eſt, generalem promulgauimus legem, quæ tam prædictum Neſtorium, quam eos, qui ei ſimilia ſapiunt, damnat, præcipientes, ne Chriſtiano ſaltem nomine cenſerentur,

ſed

d vt Simoniani potius vocarētur, quoniam laſphemiam Simonis dilexerunt. Difiniuimus enim cæteris eos debere vltionibus ſubiacere, quas continet præfata præceptio. Quoniam verò præſenti tempore, dum poſt illa iampridem quietæ eſſent Eccleſię, Flauianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, & Euſebius alter Epiſcopus, pernicioſas ſeductiones ſequendo, Neſtorij ſchiſmata Eccleſijs iniecerunt, præcepimus rurſus in eiuſdem ciuitatis Epheſinæ ſanctiſs. Eccleſiam vtique denuò conuenire concilium, vt cum omni ſubtilitate vera fide firmata à ſanctis Eccleſijs, iniecta per eos hæreſis auferretur. Hæc ipſa igitur ſancta ſynodus definiuit, obtinere quidem fidem, quæ Nicæ à trecentis decem & octo Patrib. tradita eſt, excludi verò ab Epiſcopatu nō ſolum Flauianum & Euſebium, ſed & Donnum, qui fuit Antiochenus Epiſcopus, & Theodoretum, & alios quoſdam, qui in eadem, præfatæ hæreſeos cæcitate participant, & ob hoc ſacerdotalibus indigni ſunt ſedibus. Et nos igitur eiuſdē ſanctæ ſynodi decreta laudamus atque firmamus, hanc orthodoxam, fidem putantes atque nominantes, quæ à trecentis decem & octo patribus expoſita eſt & firmata in ſanctis concilijs quæ Epheſi congregata ſunt. Vt verò & in reliquum tempus perfectiſsima fiat totius ſolutio quæſtionis, iubemus, vt in omni vrbe terrarum huic ipſi fidei, quæ in Nicea prolata eſt, vndiq; Epiſcopi vniuerſi ſubſcribant per me-

Vu 5 tropo-

tropolitanos ſingulorum locorum, & hoc ip-
ſum nobis per proprias eorum literas intime-
tur. Omninò autem nullus, qui Neſtorij
Flauiani, & eorum qui eiuſdem ſenten-
hæreſeos detinentur, vllo modo Epiſcopus or-
dinetur, ſed & ſi quis iam maligno præuen-
eſt ordinatus, aut ſi quis de cætero per conte-
ſum fuerit ſimulationemq; prouectus, hic o-
thodoxorum proijciatur decreto Pontificum
& nec vſque ad verbum eidem, ſanctæ fidei
adijciatur aliquid, vel dematur. Sed nec his
at aliquid aut legat, aut tranſcribat, profer-
Neſtorium vel terminos eius, aut codices
xios, & maximè quos contra ſolas Porphyri-
Libri hæretici comburendi. us edidit Chriſtianas literas, neque Theodo-
ti ſcripta: ſed quicunque huiuſmodi codices
habet, publicè illos proferat, & cunctis viden-
tibus igni tradantur. Et eos, qui hanc religio-
nem colunt, vel doctores eorum, nullus
in ciuitate, neque in agro, neque in ſuburbio
ſuſcipiat, neq; eos ſecum patiatur habere
Poena hæreſis. ſeſſum: alioquin rebus eius publicatis, ipſe
petuo exilio relegabitur, quiſq; hoc egerit
qualislibet extiterit, vel quiſquis codices
buerit, interdictam fidem Neſtorij ac Theodo-
reti continentes, vt interpretationes eorum
qui vocantur ſermones allocutorij, ſiue tracta-
tiones, iiſdem tormẽtis ſubiaceat, vel ſi ea quæ
ſunt ab illis compoſita, alterius nomine fue-
rint prænotata.

*Hæc lex in Neſtorium rectè promulgata eſt,*

*a orthodoxos verò non bené : ſed pro ea nihilominus utilitate inſeritur, vt ſciat Lector, ſequentem Principis Martiani legem ideò nominatim de Iba nihil dixiſſe, quoniam nec in iſta ſic legatur : ſed ſpecialiter in iſta damnatos, ſpecialiter ſoluit : generaliter verò & illa generaliter attingit.*

DE INFIRMANDIS IIS, QVAE CONtra ſanctæ memoriæ Flauianum Epiſcopum Conſtantinopolitanæ vrbis ſunt iniuſtè, & confirmandis ijs, quæ meliori tractatu poſtea de ea ſunt prolata à ſancta ſynodo Chalcedonenſi.

IMP. VALENTINIANI ET MARTIAN. AA. Palladio præfecto prætoriorum. Orientis.

GLoria nunquam glorioſa morte perimitur: nec pereunt cùm deficient, virtutes. Immò etiam abitu exiſtimatio augetur bonorum, quia omnis aduerſum mortuos euaneſcit inuidia. Indè tanto ſtudio ac præconijs maiorum facta laudantur : indè optimorum maxima cum veneratione memoria celebratur: inde magnorum animi virorum exitus appetiuere uerè glorioſos. Quia compertum erat eos ſolummodò perpetuè mori, quorum de vita ac morte taceretur. Iudicia vel inuidiá eſſe, etiam præſenti in tempore diuinum oſtendit humanumq; iudicium. Cum.n, falſa inuidia & improbè concinnata calumnia, religioſæ ac venerabilis recordationis Flauianus huius almæ vrbis Epiſcopatu fuiſſet expulſus ( quamuis hoc fuit plenius retinere ſacerdotium, fidem quam acceperat, conſeruare : is.n.ſolus eſt, qui eſſe meretur Epiſcopus ) tamen ita eius reliquias & expetijt hæc ſacratiſsima ciuitas & recipit, vt beatior omni viuenti videretur: vt Locus obſcurus.

exitus

exitus ille, qui putabatur acerbus, optandus credatur fuiſſe, quo illam immortalem necatus eſt laudem, ſecutumque eſt illud quod meritis eius diuinitas præſtitit, vt venerabilis ſynodus innumerabilium penè ſacerdotum Chalcedone conueniret, quæ dum fidem diligenter inquirit, authoritate beatiſsimi Leonis Epiſcopi æternæ vrbis Romæ, & religionis fundamenta conſtituit ſanctæ ciuitatis, & Flauiano palmam mortis tribuit glorioſæ. Ergò quoniam venerabilis recordationis Flauianus, tanto ac tali decoratus eſt teſtimonio, vt Eutyches, qui contra ſenſerat, cum ſceleratis dictis ſuis ab omnibus vno ore damnatur, aboleatur ille à conſtitutione, quæ dereptione ſceleratorum poſt obitum ſanctæ memoriæ Flauiani, aduerſus eum lata cognoſcitur, ceſſetque in totum, cuius initium fuit iniquum & iniuſta ſententia. Nihil obſit Euſebio quoque & Theodoreto religioſis Epiſcopis, qui eadem lege continentur. Quoniam non poſſunt ſacerdotes conſtitutione damnari, quos ſynodicum ornat ſuper conſeruanda religione decretum. Expulſa itaque illa ſanctione, retineat vitæ gloriæque Flauianus, quam meretur, perpetuam laudem, cæteris conſtantiæ erga fidem futurus exemplum. Illa igitur & magnifica authoritas tua hanc ſaluberrimam legem edictis propoſitis ad omnium noticiam faciat peruenire. Dat. Conſtantinop. prid. Non. Sporatio V.C. Cõſ.

Iidem

IDEM A.A. PALLADIO PR. PR. ET eodem exemplo Valentiniano Præfecto Illyrici, Taciano præfecto vrbis, Vincomalo, Magiſtro officiorum, & conſuli deſignato: De confirmandis quæ à ſynodo Chalcedonen. contra Eutychen. & eius monachos conſtituta.

AMplæ omnipotenti Deo referendæ ac tribuendæ ſunt gratiæ, quòd ſcelera nec latere concedit, nec donare impunita permittit. Horum n. alterum lædendi habet plurimam facultatem, alterum peccandi, cæteris præſtat exemplum. Curæ igitur eſſe Diuinitati hominum actus, & maximè reuerentiam religionis proxime in confirmanda catholica fide euidenter apparuit, cùm Eutychon ſceleratorum dogmatum ſectatorem, nec latere, vt diu latere, ſiuit: nec patefacto ſcelere paſſa eſt pœnam ſceleris euitare. Sententijs itaque diuinis, humaniſque damnatus, ſynodicum decretũ, (vt merebatur) excepit, reus diuinitati, cui faciebat iniuriam: reus hominibus, quos decipere conabatur. Proxime etenim innumerabiles ex toto penè orbe beatiſsimi Epiſcopi Chalcedone congregati, improba prædicti Eutychis, vnà cum ſynodo eius cauſa habita, expulere commenta, ſequuti ſanctorum definita maiorum, quæ vel apud Niceam à trecentis decem & octo conſtituta ſunt, vel in hac poſtea alma vrbe à centum quinquaginta ſunt Epiſcopis decreta, vel apud Epheſum, cùm Neſtorij eſt

erros

Romanę vrbis, & Cyrillo Alexádrinæ ciuitatis Epiſcopis. Ea igitur quæ ſunt iuxta priſtinam diſciplinam à reuerenda ſynodo Chalcedone definita, illa fide, qua Deum colimus, per omnia ſeruanda cenſuimus, atque cenſemus. Quia Valdè conſequens eſt quingentorum viginti ſacerdotum, pura mente Deum colentium, definita, quæ pro orthodoxorum fide ſacroſancta ſecundum Patrum regulas protulerunt, ſumma cum veneratione ſeruare. Verum quoniam principalis prouidentiæ eſt omne malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare: hac lege decernimus, eos qui Eutychetis decipiuntur errore ad exemplum Apollinariſtarum, quos Eutyches ſecutus eſt, quique venerabiles Parentum regulæ, id eſt, eccleſiaſtici canones, & Principum diuorum ſacratiſsimas ſanctiones condemnant, nullum Epiſcopum nullum habere presbyterum, nullos habere vel appellare clericos, ipſumq; Eutychen nomine presbyteri (quo & indignus & ſpoliatus eſt) in totum carere. Si qui tamen contra definita noſtra Epiſcopos, presbyteros, cæteroſque clericos auſi fuerint creare, tàm factos quam facientes vel præſumentes ſibi clericorum gradum, bonorum amiſsione perculſos, exilio perpetuo præcipimus contineri: coeundi, vel colligendi vel congregandi monachos, aut ædificandi monaſteria, nullam eos iubemus habere licentiam, locaq; ipſa, in quæ fortè conuenire conſtauerint, cõfiſcari: ſi tamen domino loci igno-

ra-

princeps prudens malorũ principijs obſtare debet.

Hæreticis nõ licet habere clericos.

ante conuenerint. Quod ſi ignoto actore, cõ-uctorem loci fuſtibus cæſum deportationem ubire cenſemus. Ipſos præterea nihil ex teſta-mento cuiuſque capere, nihil eis qui eiuſdem erroris ſunt, relinquere teſtamento, ad nullam os patimur aſpirare militiam, niſi fortè ad co-hortaliciam, vel limitaneam, ſi quis etiam ex-tra prædictam militiam inuentus fuerit mili-tare, vel quia ignorabatur eius in religiõe per-uerſitas, vel quia poſt adeptum cingulum ad hunc deuenerit errorem: ſolutus militia infi-delitatis ſuæ fructum hunc habeat, vt optimo-rum hominũ & palatij cõmunione priuetur. Nec alibi, quam in quo natus eſt vico vel ciui-tate verſetur. Quod ſi qui eorum in hac alma vrbe (quod credi nefas eſt) geniti ſunt, tàm hac ciuitate venerabili, quam ſacratiſsimo comi-tatu, & omni excludãtur metropolitana ciui-tate. Et hęc quidẽ generaliter circa omnes cõ-ſtituim', qui tali labe polluti ſunt, vel polluẽtur. Eos aũt qui ante hac clerici orthodoxorũ fidei & monachi, qui quondã Eutychis habitauere diuerſoriũ (neq; n. monaſteriũ dicendum eſt, quod religionis habuit inimicos) quid ad hoc vſq; inſaniæ proceſſerũt, vt relicto venerabilis religionis cultu & ſynodico decreto, quod to-tius penè orbis Chalcedone coadunati decre-uere ſacerdotes, infauſtã Eutychetis ſequantur aſſertionem: quia vera luce deſerta, tenebras eligendas eſſe crediderunt, omnibus pœnis quæ vel hac, vel præcedentibus legibus aduer-ſus hæreticos definitæ ſunt, iubemus teneri:

immò

Eædem pœnæ conſtituuntur in l. quicunque C. de hæred. & Manich.

Monaſteriũ in quo ſunt hæretici, non monaſteriũ, ſed diuerſorium eſſe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

immò extra Romanum expelli ſolum ſ
præcedentes religioſiſsimæ conſtitutione de
Manichæis conſtituere, ne eorum Venen
fraudibus, ſceleratisque commentis innoc
tum & infirmorum animi decipiantur. Co
perimus præterea quædam eos in contum
am religionis & inuidiam venerabilis ſyno
cæ definitionis fuiſſe mentitos, conſcript
libris & chartarum tomis plura finxiſſe,
eorum inſaniam aduerſus veram fidem
ſignarent: atq; ideò præcipimus, vbicu
huiuſmodi ſcripta reperta fuerint, ignibus
cremari. Eos verò qui ſcripſerint, vel al
genda tradiderunt, docendi ſtudio vel di
di, cenſemus deportatione puniri. Doc
etenim hanc infauſtam hæreſim, ſicut p
edictis ſerenitatis noſtræ continetur, om
adimimus facultatem. Quia vltimo ſupp
coercebitur, qui illicita docere tentauer
verò qui diſcendi ſtudio audierint ſce
differentem, decem librarum auri mul
peſcimus. Ita enim materia ſubtrahetur
ſi peccatorũ & doctor defuerit & auditor
ladi parens Chariſsime. Illuſtris itaq; & m
fica authoritas tua, edictis propoſitis, om
faciat nota, quæ iuſsimus, cognoſcentibus
deratoribus prouinciarũ, eorumq; officijs
fenſoribus etiã ciuitatũ. Quod ſi ea quæ
fide et ſancto propoſito cuſtodiẽda cenſ
aut neglexerint, aut permiſerint temera
narũ librarũ auri mulcta perculſi, vt relig
legum

*Hæreticorũ ſcripta comburenda.*

*l. quicunq; C. de hær. & Manich. circa fin.*

legumq́; proditores, etiam exiſtimatione labo-rabunt. Dat. XV. Cal. Auguſt. Conſtantinop. Sporatio, & qui fuerit nunciatus, Coſſ.

IMP. MARTIAN. A. PALLADIO PP.

Licet iam iamque ſacratiſsima conſtitutione manſuetudinis meæ cautum ac definitum ſit, quæ in eos ſeueritas exercenda ſit, quæ Eutychetis vel Apollinaris hæreticam peruerſitatem ſecuti, à religione & fide Catholica declinarunt: Alexandrinæ tamen vrbis ciues atque habitatores tantis ſunt Apollinaris infecti venenis, vt neceſſarium fuerit ea, quæ antè ſanximus, repetita nunc etiam lege decernere. Oportet enim vt ſit numeroſa ſeueritas ſanctionum, vbi eſt licentia crebra culparum. Cuſtodiendæ præterea orthodoxæ fidei cura, tanto à ſerenitate mea adhiberi impēſior debet, quanto res humanas diuinę procedunt. Quicunq; ergò in hac ſacra vrbe, vel in Alexandrina ciuitate, vel in omni Ægyptiaca diœceſi, diuerſiſque aliis prouinciis Eutychetis profanam peruerſitatem ſequuntur, & ita non credunt, vt trecenti decem & octo ſancti Patres tradiderunt, Catholicam fidem in Nicæna ciuitate fundantes, centum quoq; et quinquaginta alij venerabiles Epiſcopi qui in hac alma vrbe Cōſtantinopolitana poſtea conuenerunt, &c.

Repetit & exaſperat priorē conſtitutionē in Eutychianos & Apollinariſtos.

*Hanc Martiani legem, incipientem, Quicunque. ex C. Iuſtinianeo, tit. de Hæret. & Manich. extractam inuenies ſupra lib. 1. de Hæret. integram.*

## IDEM MARTIAN. A POPVLO Alexandrino.

Solus Deus ſine peccato.

IN nullo quolibet delinquere proprium eſt DEI omnium, Dominique cunctorum. Sa-
pientium autem virorum eſt, quando, cum
ſint homines eſt eis impoſsibile non pecca-
vt dùm peccauerint, repentè pœnitentiam a-
gant, vt pœnitendo vitia corrigant. Nam per-
manere in peccatis, & in eis exerceri, & ſta-
nare malo malum accumulare, omnino ma-
lignum, & valdè veſanum eſt. Quod aliqui
Alexandriam, eiique loca vicina habitantes
uerendiſſ. monachos paſſos eſſe cognouimus,
et credentes non per ſimplicitatis modum hoc
eos pertuliſſe, diuinis literis vſi ſumus, decla-
rantibus orthodoxam noſtram fidem. Et quia
ſancta Catholicaque Synodus, quæ Chalcedo-
ne facta eſt, circa Apoſtolicam fidem nihil pe-
nitus innouauit, ſed per omnia Athanaſij
Theophili & Cyrilli, reuerendæ memoriæ Ale-
xandrinorum Pontificum ſecuta doctrinam,
damnauit quidem Eutychis blaſphemiam ni-
hil aliud quàm Apollinaris doctrinam im-
ſapientem. Abſcidit autem et impietatem Ne-
ſtorij, & venerabile Symbolum trecentorum
decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Ni-
cæa conuenerunt, integrum per omnia cuſto-
diuit, neq; immutatione, neq; adiectione la-
xatum. Et credit quidem noſtra tranquillitas
ſanctas literas noſtras, nec nō & præcepta pro-
poſita dudum in Alexandrinorum magna ci-
uitate

Peccare humanum, perſeuerare diabolicum.

Traditione Patrum hæreſes dānari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

itate, ſufficere ad perſuaſionem eorum, qui
neſcio quomodo adhuc dubitant, eò quòd ni-
hil innouatum ſit à ſancto Catholicoq; Con-
cilio, & quatenus nullus de cætero dubitaret
huius rei gratia relinquatur: neq; enim quem-
libet ita ſimpliciorem eſſe credimus, vt legens
tantas doctrinas, ſic clarè pronũciantes fidem
orthodoxam, hactenus in ipſo errore perma-
neat. Si verò fortaſsè ſint aliqui, quod non cre-
dimus, inſitam nobis clementiam nõ ſequen-
tes, volumus iterum eis per has ſacratiſſ. literas
noſtras certiſsimè ſatisfieri. Quia ſanctorum
& venerabilium Patrum doctrinas ſequens,
ſanctiſsima Catholicaq; Synodus cũcta diſpo-
ſuit, & Eutychis quidem peremit impietatem,
quem Dioſcorus eſt ſecutus, & alij quidam,
qui libros Apollinaris nõ dubitauerunt plebi
diſpergere, vocabula ſanctorum Patrum eis
attitulantes, quatenus ad plenum ſimplicium
mentes ſua falſitate deciperent. Confirmauit
autem trecentorum decem & octo ſanctorum
Patrum in Nicæa conuenientium venerabile
Symbolum, nihil nec auferẽs nec adiiciens ſe-
cundum quod baptizata noſtra tranquillitas
ab ætate adoleſcentiæ ſapit, & vt in eo conſi-
ſtat exoptat, credens Dominum noſtrum &
Saluatorem Chriſtum filium Dei vnigenitum,
coæternum & conſubſtantialem Patri, propter
nos & propter noſtram ſalutem humanatum,
natum ex Spiritu ſancto & Maria virgine Dei
genitrice, & eſſe Deum & hominem verè eun-

Hæreticorum fraus in deceptiõe ſimpliciorum.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dem, non alium & alium, abſit hoc, ſed vnum eundemq; nullo modo partitum, aut ſeparatum, aut conuertibilem. Eos autem qui dicunt, vt aliquãdo duos filios, aut duas perſonas, eius nos, tanquam Dei inimicos abominamur & anathematizamus. Hæc igitur & nunc agnoſcentes, ſi qui forſitan eſtis adhuc falſitate decepti, ad veritatem recurrere feſtinate, nefandis vosmetipſos, & Canonibus contrariis collectionibus abſtinentes, ne ſuper hoc, quod animas veſtras perditis, etiam legali caſtigationi ſubdamini: Venite verò vos omnes ſanctiſſimæ & Catholicæ orthodoxorum Eccleſiæ, quæ vna eſt, ſicut & venerabiles diffinitiones Patrum nos docent. Hoc enim agentes, animam quidem veſtram ſaluti donabitis, DEO vero cunctorum quæ ſunt placita facietis, ſed etiam noſtræ tranquillitati commendantes, eius con-fruemini. Propterea ſiquidem & Ioanné videlicet Decurioné eligentes miſimus, qui certiſſimè valeat ea, quæ de fide ſunt explanare. Nam & ſanctorũ Epiſcoporum vniuerſali Catholicorum Concilio interfuit, & vniuerſa quæ geſta ſunt, clarè nouit, vt per omnia ſatisfactione ſuſcepta, hi qui (quod nõ credimus) adhuc dubitant tandem aliquando ad veram & immaculatam fidem remeare feſtinent.

IDEM MARTIAN. AD ARCHIMANdritas, Monachos & reliquos habitantes in Helia, & circa eam.

Agnoſcentes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AGnoſcens noſtra maieſtas preces quas ad ſacratiſſ. piiſsimamque dominam, noſtræ tranquillitatis coniugem direxiſtis, rebus ipſis mihi perſuaſum eſt, quomodo non ſupplicationes miſiſtis, ſed ſub ſchemate precum impiam & Dei legibus Romanæque reipublicæ contrariam exiſtentem, veſtram demonſtrantis intentionem. Nam cùm oportuerit vos quieti vacare, & eſſe ſub ſacerdotibus, eorumque doctrinis obedire, Doctorum potius ordinem audacia vehementi adſumere præſumpſiſtis, qui neque à rectè docentibus doceri patimini, & vos ipſis ſtultè perſuadetis, quia cunctos oporteat circa apertæ fidei ſcientiam vos potius ſequi, quàm ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarumque volumina, & ſancta memoriæ Patribus mandata contradita. Et quaſi priorum minora delinquere vos putaſtis, ſi falſis doctrinis veſtras præſumptiones obumbrare volentes, nihil veritatis in veſtris precibus diceretis, adſerentes neque incendiorum, neque homicidiorum, neque aliarum incongruarum rerũ eſſe vos authores, aut monaſteria, ſed & incolas ciuitatis, & quoſdam peregrinos memoratarum rerum originem extitiſſe. Sed nihil horum, quæ teſtata ſunt, noſtram latuit pietatem: quando aut monimentorum geſtis, & ſingulorum relationibus nobis apertum eſt, quomodo & Heliorum ciuitas à vobis, velut hoſtibus capta ſit, qui habitare in monaſteriis, & eiuſmodi locis obſer-

Increpat monachos Helianos propter oblatas temerarias quaſdã et audaces preces, eorumq; repræhẽdit ſeditiones & alia flagitia & errores contra Patrum concilia, & vt ad officium redeant ſeriò hortatur.

Hæreticorum impudẽtia & arrogantia. Vide Niceph. lib. 15. cap. 9. Eccleſ. hiſt.

uare debuiſtis. Inſuper & venerandæ memoriæ Diaconi commiſſa cædes, & quia illius corpus poſt necem etiam communi ſepulturæ priuatum inſenſibiliter tractum ſubdebatur iniuriis.

Monachorũ ſeditioſorum audacia & ſcelus.

Quomodo etiam domus incenſæ, & portę clauſæ ſunt ciuitatis, & quaſi legibus propriis ciuitatis cuſtodiebatis muros, & carcere violenter aperto, malorum præſumptoribus remiſsio pœnarum & periculoſæ fugæ præbatur occaſio. Proficientibus autem ad peiora, poſtremis minora fuiſſe præcedentia demonſtrantes, Iuuenalem ſanctiſſ. & alios reuerendiſſ. ſacerdotes per quendam ad hoc deſtinatum interficere voluiſtis. Cùm verò is qui miſſus fuerat, fuiſſet ſpe ſua deceptus, ſine effectu ſuam veſaniam, & eorum à quibus miſſus fuerat, eſſe non ſinens, Seuerinum ſanctæ memoriæ, Epiſcopum gladio percutiens, neque his qui erant cum eo, pepercit. Hæc ergo & his peiora delicta, & quomodo præſumpta, & quibus agentibus aut inuitantibus acta ſint, manifeſtant ea quæ frequenter in diuerſis iudiciis propriè demonſtrata, & ſacris noſtris auribus intimata ſunt, certiſsimum iudicium veſtræ voluntatis habentia, qui promptè ad delinquendum decederetis, non Dei fidem iudicare vel fouere volentes, ſed veſtras petulantias, & ſacerdotia defendentes, quorum vos oſtendiſtis omnimodis alienos, dùm in perditionem ciuitatum habetis ſtudium. Noſtra ſiquidem pietas admiratur qua

cauſa

cauſa Eutychen etiam anathematizatis benè tamen facientes, Theodoſio verò, qui peior eſt omnium, vos ipſos contradidiſtis „ſapientiea quæ ſunt Eutychis, qui circa Valentini & Apollinaris contra orthodoxam fidem habens zeli veſaniam, ſanctiſsimas quidem conturbat Eccleſias, ciuitatibus verò ſubuerſionis importabilis, & vexationis exiſtit occaſio: ſed etiam vobis factus eſt nefandarum & iniquarum cauſarum Princeps: & impietatis quidem ſuæ, delictorumque pœnas digniſsimas dabit omnium Domino, & Saluatori CHRISTO, aduerſus quem rei excitantes originem, non eum patietur ſacra poteſtas ſine ſupplicio finire ea, quæ in eius fidem blaſphemi, & in ſanctas Eccleſias, & in ſanctos viros miſerandè peremptos, nefandè commiſſa ſunt. Noſtra quidem tranquillitas nihil tale fieri contra Monachos imperauit, ſed vt tantummodo Heliorum ſedaretur ciuitas, quatenus de cætero quies eius ab omnibus ſeruaretur. Veſtra verò procacitas mandatorum contraria monachorum agens, bellum aduerſum communem quietem adſumpſit, & multitudinem congregans Latronum, & aliorum iniquè agere ſolitorum, armaque contra legitimè viuentes commouens, cauſa, cædis & deuaſtationis, aliarumque crudelium rerum prouinciæ habitatoribus fuit. Vndè mota quidem maieſtas noſtra, vt indignaretur rerum talium commiſſoribus, inſita clementia ſupe-

Hic Theodoſius iſtarum turbarũ dux fuit.

gata eſt, vt quatenus cædis & incendiorum implicet, etiam aduerſus vos iuſtum eſſet, ve-ſtra indignatio proueniret, relinquentes qui-dem monaſteria, quibus vos ſemper obſeruare mandata præcipiunt: Præſumentes autem & illa, quæ vltimo ſupplicio digna conſtituunt. Quia verò etiam docere potius quàm diſcere præſumitis diuina neſcientes eloquia, apoſt. præcipientia, quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum ſuum. Quas doctrinas Saluatoris animarum noſtrarum, aut ſanctiſsimorum Apoſtolorum, & Patrum ſecuti eſtis? Nos e-nim licet proprias ſequentes impietates, do-re præſumitis, quia per cædem aliaque deli-cta, quæ vos egiſtis, ſanctorum erudirio proce-debat. Proindè duas naturas audientes, per-turbatas veſtras animas fuiſſe docuiſtis, velut quadam nouitate auribus veſtris illata. Quo-propter ſcitote, quia vobis quidem harum re-rum examinationem facere non congruit, quò-dùm ſubtilitatem huius rei intelligere non po-tis. Nos autem Patrum ſuſcipientes doctri-nas, naturam intelligimus veritatem. Hoc e-nim quod ſapimus, ſimul & dicimus, quia Do-minus noſter IESVS CHRISTVS Deus ve-rè & homo verè eſt idem. Sicut et ſanctiſsi-mus Apoſtolus Paulus veram naturam intelli-
Galat. 4. gens in Epiſtola ad Galatos clarè docet, ita di-cens: Sed tum quidem neſcientes ſeruiſtis his qui natura non ſunt Dij, hoc eſt, ignorantes

veri

rè Deum eis qui veri non ſunt dij. Ex his
alá ſignificans, quia natura veritas eſt. Sed di-
itis, quia de naturis in fidei ſymbolo nihil cō-
netur, à trecentis decem & octo Patribus ſan-
is expoſito. Non enim quádam ob hoc tunc
ęſtio mota, neq; nunc aliqua nouitas aduer-
us eam fidem excogitata eſt, ſed ſanctorum
Patrum qui in orthodoxa fide claruerunt, fir-
nata præcepta ſunt. Vos ergò qui dicitis, non
portet naturarum rationes exquiri, vos hoc
acere comperimini, apertè in ſupplicatiōibus
vobis directis, naturarum memoriam facien-
es, atque dicentes: quomodo pariet virgo, & 　Quæſtione hereticorum ſuperuacarū.
manet virgo? & quomodò generat per natu-
ram eum, qui ſuper naturam eſt? Quomodò
autem factum eſt? Quomodò ſeparari poteſt?
Factum verò eſt, non natura mutatum, neq;
diuinitate conuerſum. Videre ſiquidem quo-
modo naturę vbiq; memoriam facitis, qui pro
pter ipſum nomē naturæ turbamini. Et vndiq;
vobis ipſis calumniádi ea, quæ à ſancta ſy-
nodo pro fide vera firmata ſunt, occaſionem
exquiritis, etiam in hac parte peccantes, quia
mentientes adſeritis, eò quod diffinitum ſit,
dici debere duos filios, & duos Chriſtos, quod
ita non eſt. Nos enim hoc abdicantes, anathe-
matizamus eos qui hoc ſcripſerunt, aut dixe-
runt, aut dicere fortè præſumunt. Noſtra nam-
que tranquillitas ſymbolum trecentorum de-
cem & octo Patrum tempore iam pręcendente
ſecuta eſt, & in futuro; credo Dominum no-

 ſtrum

ſtrum ſaluatorem Ieſum Chriſtum ex ſpiritu ſancto & Maria virgine, Dei genitrice natum, atq; profiteor Orthodoxam namque fidem, ſicut accepimus, ſeruare in perpetuum feſtinamus: Quemadmodum etiam ſancta ſynodus nuper in Chalcedonenſium ciuitate celebrata, credens, docet, ſymbolumque confirmans & conſona ſapiens ipſis ſanctis Patribus Epheſinoque concilio, cuius Cæleſtinus & Cyrillus, venerendæ memoriæ Præſules fuerunt, errorem Neſtorij condemnantes. Igitur noſtra clementia nulli penitus neceſsitatem præcepit imponi quatenus aut ſubſcribat, aut conſentiat, ſi noluerit. Non n. terrore aut violentia aliquos volumus ad viam trahere veritatis. Diuerſo autem vos ſuper ea, quę dudum preſumpſiſtis gladijs, alijsq; crudelitatibus, in ſuper & iniurijs & tormentis in mulieribus honeſtis & nobilibus perpetratis, etiam neceſsitatem plurimis non dubitaſtis inferre, vt conſentirent quidem peruerſis doctrinis, & cum clamoribus atq; ſubſcriptionibus anathematizarent eandem ſanctam ſynodum, & ſanctiſſ. Patriarcham ſedis Apoſtolicæ, maximæ Romæ Leonem, & ſanctiſſ. Patres, pro quibus auſibus neceſſaria redituri eſtis omnium Deo & Dn̄o rationem, cuius iniuriam, ſi dici fas eſt, talia facere præſumpſiſtis, opprobriū & irriſio ſceleſtis Paganis & hæreticis iuſtiſsimè conſtituti, quibus eſtis & exemplum confuſionis affecti. Quia vero & Samaritas accuſaſtis, tanquam ipſi aduerſus

Hæreticorū violentia.

ſanctas

nctas Eccleſias crudelia & nefanda commi-
rint, & cædis partem, & alia ſimul incon-
tua fuerint meditati: cognoſcite quia ſanciui
mus vt inquiſitione ſubtiliſsima ſubſecuta per
ſtrum ſpectabilem Comitem Dorotheum, ea
quidem quæ direpta ſunt, ſanctis Dei Eccleſijs,
& eis qui perdiderut, reſtituantur. Illi autem
qui harum rerum inueniuntur authores, legi-
timè vltioni ſubiaceant: nihilq; vobis in eorũ
defenſione commune ſit, quos oportet agno-
ſcentes, quomodò credat noſtra potentia, & à
noſtra pietate pariter inuitatos, à ſancta ortho-
doxa fide nullatenus deuiare: ſed obſeruare
potius monaſterijs & ad profectum meliorem
orationibus vacare, & conſona paternis man-
datis ſemper afficere, nullamq; turbam omni-
no celebrare. Sed neque his quæ ad perditio-
nem animarum à prauis doctoribus proferun-
tur incaute conſentientes ab orthodoxa fide &
Dei vos ſeparetis Eccleſijs. Collectas verò ca-
nonibus contrarias nequaquam facere præſu-
matis, ſcientes ea quæ dudum ſancita ſunt à di-
uæ memoriæ priorum temporum Principibus,
qui ſanctam Catholicamq; religionem corro-
borantes, maximis ſupplicijs extraneas col-
lectas præſumentes facere, ſubditis ſanxerunt.
Nos autem priorum vos pœnitentiam habere
credentes, clementiam nullatenus denegaui-
mus, multis vtique precibus vtente ſanctiſsi-
mo Iuuenale, per quas nos exorauit hęc ad vos
ſcripta tranſmitti. Agnoſcentes autem diuer-
ſorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſorũ precibus, quia à militibus cuſtodiri ad-
ſis Heliorum ciuitatem, multitudine caballorum atque virorum veſtra monaſteria con-
turbantur, etiam in hoc indignati, Dorothe-
um, virum ſpectabilem, comitem ab hac
moleſtia liberare ſanciuimus, licet nec antea
iniuriam fieri monaſterijs, aut veſtra religioſi
ſuſtinere præciperemus anguſtias.

LEX THEODOSII ET VALENtinianij Impp.

Vide quintam ſynod. Conſtantinopolitan.

DEbitam à nobis venerationem piiſſimæ
doctrinæ reddentes, eos qui auſi ſunt con-
tra Deum impie conſcribere, debitæ condem-
nationi ſubijcere, & nominibus dignis voca-
ri oportere exiſtimauimus. Iuſtum igitur cir-
cumdare eos confuſione ſuorum peccatorum,
& in tali vocabulo permanere in æternum,
quatenus nec viui liberentur, vt poſt mortem
permaneant contempti & condemnati. Iſta
igitur doctrina Diodori, & Theodori & Ne-
ſtorij impiorum & peſtiferorum viſa eſt nobis
abominanda eſſe: ſimiliter autem & omnes

Quorundã Hæreticorum doctrina nominatim dãnatur.

qui ſequuntur eorum errorem & conſentiunt
eorum impietati, iuſtum & ipſos eandem abo-
minationem mereri, & confuſionem indu-
ne dum nominantur Chriſtiani, ex ipſo nomi-
niantur decorati vocabulo, longè conſi-
à Chriſtianorum propoſito, & alienati à recta
& immaculata fide. Quapropter per hanc no-
ſtram legem ſancimus eos qui in omni terra
vbiq; inueniuntur impijſsimo & inſtabili Ne-
ſtorij

orij & Theodori propoſito conſentientes, Si-
onianos à præſenti nominari. Oportet n. eos
ui antea in diuina doctrina creuerunt, poſtea
erò ad illorum impietatem inclinatos & illo-
m imitatos errorem, eadem nominatione
imonianos probari, ad ſimilitudinem Arrij,
er ſanctionē diuinę recordationis mirabilis &
ędicabilis Cōſtantini, qui conſtituit Porphyr
anos nominari Arianos qui propter ſimilitudi
em impietatis nominationē Porphyrij impo-
itei, qui auſus eſt & exiſtimauit veram fidē
umanorū potentia verborū circumſcribere,
& codices peſtilentes & ineruditos ad memo-
iam relinquere poſterorum. Nemo igitur au-
eat ſacrilegos codices ab eis expoſitos, & ma-
ximè à Theodoro & Neſtorio, & contrarios
veræ doctrinæ & expoſitioni venerabilium E-
piſcoporum, qui Epheſi collecti ſunt, legere
aut poſsidere, aut ſcribere. Oportere. n. eos
codices cum omni dilingentia requiri, & in-
uentos publicè coram omnibus comburi. Per
hoc, n. radix impietatis amputabitur, ne in po-
ſterum erroris ſemina generentur ad errorem
ſimplicium, qui facilè ad illius laqueos colla-
bantur. Neq́ue de cætero inueniatur prædicto-
rum hominum memoria, vel alia appellatio,
præter Simonianis: ſed neq; vel in loco, vel in
domo, vel in vico, aut agro, aut ciuitate, vel in
eius ſuburbanis conuenticulum eorum fiat
nec in manifeſto, nec in occulto. Tales n. iube
mus omni priuari cōuenticulo viuentes: & hoc
certum

Hæreticos nō debere appellari Chriſtianos. Cuius. n. ſcelus in deſerendo Deū ſunt imitati eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti. Idē Impp. in l. damnato C. de hæret. & Manich.

Condemnatio & prohibitio librorū hæreticorum.

Libri hæretici comburendi, tanquam radices impietatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

certum omnibus ſit, quod ſi quis prætere[illegible] præſentem noſtram ſanctionem, & Theodo[illegible] & Neſtorio adſenſerit, illorum ſocios imita[illegible] eius per gladij vltionem omnis ſubſtantia[illegible] addicetur. Tua igitur illuſtris eminentia p[illegible] ſentem à nobis expoſitam legem manifeſta[illegible] ciat per omnẽ terram habitantibus, & propo[illegible] per ſingulas ciuitates dignetur, quatenus[illegible] huius legis recitationẽ cognoſcant omnes[illegible] in quacunq; prouincia ſunt, quę ſuper his a[illegible] bis diſpoſita ſunt. Eandẽ autẽ legem noſtra[illegible] Græcis & Latinis ſcripſimus verbis ad re[illegible] tium felicitatem.

a *Ad quem Officialium hæc lex promulganda[illegible] pta vel mãdata ſit non inuenio, ueritati tãen con[illegible] neum eſt eam fuiſſe miſſam Florentio, Præfecto p[illegible] torio, qui & alias conſtitutiones pleraſq; in [illegible] teria, publicandas, ab ijſdem Impp. accepit, quod [illegible] paret ſub tit. C. de hæret. & Manich.*

IDEM IMPP. ADVERSVS NESTORI[illegible] & Theodorum talem edidêre legem.

Neſtorij aliorumq; hæreticorum damnãtur ſcripta, conciliumq; Epheſinũ ad probatur.

IAm prius quidem Neſtorius, qui Conſta[illegible] nopolitanæ ciuitatis fuit Epiſcopus, nec[illegible] monſtroſa dogmata pertentans introdu[illegible] ſyncerę & orthodoxæ fidei Chriſtianorum[illegible] ctus eſt à ſancta ſynodo, quæ per ſanctionem[illegible] imperialem ex omni orbe terrarum Epheſi c[illegible] gregata eſt, quæ eadem ſancta ſynodus [illegible] etiam confirmauit expoſitam à Nicenis [illegible] centis decem & octo Epiſcopis orthodoxa[illegible] fidẽ. Et nos corroborantes ea quæ piè decre[illegible]



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nt ab eodem ſancto concilio Epheſi congre-ato, generalem conſtitutionem protulimus ondemnantem eundem Neſtorium, eoſq; qui milia illis ſapiunt, vt non mereantur nomina-onem Chriſtianorum, ſed magis vocentur imoniani, quoniam Simonis blaſphemiam lexerunt: & ſtatuimus certas aduerſus eos nas, quæ præſenti conſtitutione continen-r. Sed nec habeat aliquis, aut legat, aut ſcribat t proferat Neſtorium, ſeu illius libros, vel co-ices omninò nocibiles, vel ipſius Neſtorij, vel terius, & maximé Neſtorij aduerſus ſolos Chriſtianos conſcripta, aut Diodori, & Theo-ori, & Theodoreti conſcripta: ſed vnuſquiq; abens tales codices, illos publice proferat, & n conſpectu omnium igni tradat, & nemo eos qui talem ſectam colunt, vel illorum docto-res, aut in ciuitate, aut in agro, aut in ſubur-bano ſuſcipiat, aut vna cũ eis conueniat. Quod quicunq; tale aliquid perpetrauerit, publi-catus perpetuo tradetur exilio, qui autem ha-bet codices continentes abdicatam fidem Ne-ſtorij & Theodori, vel illorum interpretatio-es, & allocutiones & traditiones, eiſdem ſu-bjicientur ſupplicijs, licet lumen forte, volu-mina aliorum videantur, quæ ab illis compo-ita ſunt.

*Hæreticos non mereri nomen Chriſtianorum.*

*Libri hæretici non legendi.*

*Habes breuiter, pie lector, conſtitutiones & Epiſto-as quorundam vetuſtiſſimorum Chriſtianæ fidei Im-peratorum, quas hincinde ex receptis Eccleſiæ hiſto-riis atque œcumenicis Concilijs, non ſine labore excer-*

pſit

*pſi, & ſummario quodam ordine eorundem anno-
torum legibus adiunctas; tibi legendas propoſui. Ne-
que abſurdum alquid me facturum exiſtimaui [illegible]
Principum legibus, quas ſuperius ex codice Iuſti-
neo recenſui, eorundem monumenta illic omiſſa [illegible]
alijs verò annotata, adijcerem, cùm hæc omnia
vnum eundemq́, vindicandæ ſcilicet religionis or-
thodoxæ ſcopum tendãt. Quarè hac & in partem
ram noſtram boni conſulere velis rogamus.*

Anathema eſt pciſio à Chriſti corpore: & fieri anathẽa, preſcindi ab eodem. Quæ authoritas eccleſiæ, hoc eſt ſummis eius hierarchis, rectorib. & paſtorib. in contumaces & ſuis iuſsionb⁹ ac moderationib. rebelles conuenit. Auth. De Eccle. tit. inprin. Huic comparatur ex comminicatio maior. de qua vide apud Anton. Nobriſſ.

# DE ANATHEMATE SIVE EXCOMVNICATIONE.

## IVLINIAN IMP. IN EDICTO AD populum Conſtantinopolit. §. Quoniam autem.

QVoniam autem quidam verba pro The-
doro facientes, cùm proferũtur impia [illegible]
conſcripta, propter inſertam eis blaſphemi[illegible]
confinguntquidẽ dicere, quod impia ſunt [illegible]
autẽ qui talem impietatem euomuit, rec[illegible]
anathematizare. Miramur eorũ dementiam [illegible]
quod diuinæ ſcripturæ contraria agunt; [illegible]
denter dicenti, quia æqualiter horribilia [illegible]
apud Deum, impius & impietas eius: [illegible]
enim cum actore punietur. Si autem ſimil[illegible]
impietati horribilis eſt Deo, ille qui impie[illegible]
certe ſeparatus eſt talis à Deo, & anath[illegible]
iuſte ſubijcitur. Anathema enim nihil [illegible]

Sapient. 14.

Anathema quid ſit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN